



Forum Ecclesiasticum

In Quo Jus Canonicum Universum, Librorum Ac Titulorum Ordine Per Quæstiones Et Responsa, Tam Canonistarum Veterum & Recentiorum, quàm Legistarum, in iis, quæ Utrique Juri, Canonico Et Civili Communia Sunt, Authoritate stabilita, Methodo clara & facili explanantur

Leuren, Peter

Moguntiae, 1720

Titulus XXXIX. De Sententia Excommunicationis, Suspensionis & Interdicti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73982](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73982)

presentibus tempore durantis jubilæi concedatur, quo jure proinde quæsitò privandus non est inde egrediens, sed illud secum deferat.

Quæst. 549. An & qualiter durante jubilæo indulgentiæ, aliæque facultates suspendantur aut amittantur?

1. **R**esp. primò: Solæ plenariæ indulgentiæ etiam ad instar jubilæi concessæ à sede Apostolica durante jubilæo suspenduntur, ut constat ex *Extrav. quemadmodum. de pœnit. & remiss.* & Bulla Gregor. XIII. quæ incipit: *Quoniam Sancti jubilæi*: quam refert verboreus Nav. *notab. 33. de indulg.* & magna ex parte Castrop. *l. c. n. 7.* quæ etiam indulgentiæ plenariæ singularibus personis concessæ, quæ alias suspensæ non erant, suspenduntur, præcipiturque, ne aliæ interim indulgentiæ plenariæ publicentur, & in usum deducantur sub excommunicatione ipso facto incurrenda, manentibus interea in vigore indulgentiis particularibus, quin imò & indulgentiis plenariis, quæ per modum suffragii defunctis applicari possunt, saltem quæ extra jubilæum applicari nequeunt vivis, cum harum consecutio consecutionem jubilæi non impediatur, ut cum Laym. *l. 5. tr. 7. c. ult. in princ.* Castrop. *l. c.* Sed & excipiuntur ab hac suspensione indulgentiæ plenariæ concessæ Basilicis & Ecclesiis Urbis Romanæ, etiam sitis extra illius mœnia, eò quòd in his cesset finis intentus per suspensionem aliarum indulgentiarum, ne videlicet à peregrinatione Romana retrahantur, dum facultates Romæ propositas domi consequi valent. Zerol. *prax. episc. v. annus Sanctus n. 3.* Gobat. *n. 41.* quos citat Wiestn. *h. t. num. 195.* Item non excipiuntur indulgentiæ per Bullam Cruciatæ concessæ, quia privilegia hujus Bullæ dantur per modum contractus, dum pro iis expendun-

tur duo regales. Privilegia ita concessa revocata non censentur per clausulam generalem, nec revocari valent, nisi factâ aliquâ compensatione; ut Lezana. *l. c. n. 5.* Castrop. *loc. cit. §. 1. n. 10.* Dian. *p. 1. tr. 11. resol. 97.* Ac denique non excipiuntur indulgentia plenaria & jubilæum Compostellanum, de quo vide Castrop. *cit. p. 12. §. 1. n. 8.*

2. **R**esp. secundò: Revocantur cum indulgentiis plenariis facultates omnes & indulta quæcunque concedi solita unâ cum indulgentiis jubilæi invitandi ad illud gratiâ, qualia reputantur solùm ea, quorum sit mentio in *Extrav. quemadmodum.* nimirum facultas eligendi confessarium cum potestate absolvendi à reservatis, censuris, aliisque pœnis. Item commutandi, vel in iis dispensandi, remittendi seu componendi malè ablata, utpote quæ frequenter concedi solent jubilæi consequendi gratiâ, & moraliter necessaria commoda illius consecutioni, unde facultates eligendi confessarium sine illa qualitate absolvendi à reservatis non suspenduntur, uti nec, quæ habentur cum illa qualitate, modò non habeantur à Pontifice vel ejus autoritate concessæ, sed concessæ ab Episcopis aliisque Prælatiis auctoritate ordinariâ utentibus. Ita Castrop. *l. c. n. 9.* Item facultates absolvendi à reservatis &c. quas regulares aliique habent per privilegia Apostolica independentè à jubilæo, ut cum communi de Lugo *d. 20. n. 145.* Porro hæc indulgentiarum & facultatum suspensio inchoatur ab apertione portæ Sanctæ, & durat ad ejusdem reclusionem, quarum illa sit ab initio Vesperarum Vigilæ Nativitatis Domini, hæc à fine Vesperarum ejusdem Vigilæ anno insequente, quâ occlusionem factâ indulgentiæ omnes, quæ erant suspensæ, statim, & sine alia Papæ innovatione vel confirmatione reviviscunt Castrop. *cit. §. 1. n. 13.* Gobat. *à n. 50.*

TITULUS XXXIX.

De Sententia excommunicationis, suspensionis & interdicti.

CAPUT I.

De censura in genere.

Quæst. 550. Quid sit censura?

1. **R**esp. Censura, prout hoc loco accipitur, explicatiùs sic definiri potest: quòd sit pœna spiritualis medicinalis, quâ potestas ecclesiastica externa fideles suos delinquentes & contumaces bonorum quorundam spiritualium usu privat ad eorum correctionem. Dicitur primò: *Pœna*, quia est privatio boni alicujus ob delictum.

2. Dicitur secundò: *Spiritualis*: Ad distinctionem pœnarum corporalium & temporalium, v. g. pecuniæ, carceris, exilii, qualis non est censura, utpote quæ nec afflictionem corporis, neque privationem bonorum temporalium principaliter intendit, etsi quandoque privationem bonorum temporalium per accidens & secundariò secum trahat, ut dum excommunicatio privat communionem politicâ & forensi, ex qua privatione plura quoque temporalia damna excommunicato provenire necesse est, quin & fructibus beneficii & quotidianarum distributionum, Laym.

l. 1. tr. 5. c. 1. n. 1. Suar. *Tom. 5. de cens. d. 1. §. 1.* Hurta. *de cens. difficul. 1.* Castrop. *tr. 29. d. 1. p. 1. n. 2.* Avila *de cens. p. 1. d. 4. n. 2.*

3. Dicitur tertio: *Medicinalis*: quia non est pura pœna vindicativa sceleris jam patrati, cum intendat correctionem futuram delinquentis, id est, inobedientis potestati ecclesiasticæ præcipienti vel prohibenti aliquid sub censura. Arg. *c. de sent. excom. in 6.*

4. Dicitur quarto: *Quâ potestas ecclesiastica*: si quidem potestas merè secularis cum Ecclesiastica negotia tractare non possit, juxta *can. judicatum, dist. 89. c. decernimus. de judic. c. si judex b. r. in 6.* capax non est potestatis & juris ferendi censuras, Nav. *man. c. 27. n. 9.* Covar. *in c. alma. p. 1. §. 11. n. 3.* Laym. *l. c. c. 3. num. 2.* competit hæc potestas censuras ferendi potestati ecclesiasticæ jure divino, utpote collata immediatè à Christo hisce verbis: *Matth. 16. v. 19. Quaecunque alligaveritis super terram. & Joan. 21. v. 17.*

5. Dicitur quinto: *Externa*: hoc est, potestas seu jurisdictio extendens se quoque ad forum exter-

num, expressa his verbis à Christo *Matth. c. 18. v. 17. Si quis Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus*, id est, à communione segregatus, constatque ex definitione Concil. Constantiensis *Sess. 8. errore 30. & Sess. 15. errore 9.* & ex constante ab Apostolorum tempore deducta Ecclesiae traditione & unanimi SS. PP. & DD. consensu, uti & ex ea ratione, quòd Ecclesia non possit cognoscere peccata merè interna, adeoque nec de iis iudicare, nec ea punire, quibus autem in specie concessa hac potestas, resolvetur paulò post speciali *quest.*

6. Dicitur sexto: *Fideles*: hoc est baptizatos, rationis ac doli capaces, viatores, tam laicos quàm Clericos, quia hi omnes & soli sunt subditi Ecclesiae, eam ingressi per baptismum. *Can. de Judais. dist. 45. & c. gaudemus de divortis.* in quos verò in specie ferri nequeant censuræ, dicitur quoque paulò post speciali *quest.*

7. Dicitur septimò: *Suos*: id est iurisdictioni ordinariæ vel saltem delegatæ ferentis subiectos, *c. à nobis de sent. excom.* cum par in parem, *c. innovis de elect. inferior* in superiore, *c. cum inferior. de majorit.* imperium non habeat. Hinc summus Pontifex, quia nulli subiectus & omni iure humano superior est, nulli censuræ obnoxius est, *Laym. l. c. c. 4. n. 4. Castrop. l. c. p. 6. n. 3.* de quibus item plura in sequentibus.

8. Dicitur octavo: *Delinquentes*: cum enim, ut dictum, sit pœna medicinalis, necessariò culpam aliquam per ipsam corrigendam supponit. Circa quod tamen notanda diversitas inter censuras, dum excommunicatio major, cum sit pœna omnium maxima, tam à iure quàm ab homine non nisi delinquenti ipsi infligitur, interdictò verò quandoque innocentes subijciuntur, v. g. dum eidem civitas aliave tota communitas ob delictum alicujus seu aliquorum supponitur, ut delinquens illius caput, aut quædam ejus membra suâ culpâ innocentes alios gravari animadvertentia citius respiciant. Quod idem etsi aliqui extendant ad suspensionem, dum volunt, suspensio collegio vel capitulo etiam singulares illius personarum culpæ expertes suspendi, rectius tamen id ipsum, nimirum suspensionem propriè dictam privantem iure proprio contrahi ob culpam merè alienam, negant *Nav. cit. c. 27. n. 151. Henricq. c. 34. n. 1. Laym. l. c. r. 5. p. 3. c. 1. n. 1. apud Wiestn. h. t. n. 11.* eò quòd suspensio sit gravis pœna, ea autem supponat culpam, quæ suos auctores tenere debet, nec ultrà protrahenda quàm delictum fuerit repertum. *c. quæsit. de his qui à majori.* de quo vide plura apud *Castrop. r. 29. d. 4. p. 3.* ubi expresso, num suspensio alicui infligi possit ob culpam alienam.

9. Dicitur nono: *Et contumaces*: nimirum in Ecclesiam præcipientem aut prohibentem aliquid sub censura, ut *Suar. d. 5. f. 5. n. 6. Cönnick d. 13. du. 8. concl. 6. Laym. l. c. p. 1. c. 5. n. 2.* Unde censuram non incurrit committens peccatum solo iure naturæ prohibitum. *Abb. in c. quâ fronte. de appell. n. 10. Suar. d. 4. f. 5. n. 6.* cum censura sit pœna inobedienciæ, contemptus & contumaciæ contra potestatem ecclesiasticam, dum autem dicitur ob contumaciam incurrendam requiri contumaciam, intelligendum non est, quòd semper requiratur contumacia expressa & formalis, cum sufficiat virtualis & contemptus Ecclesiae interpretativus, in eo consistens, quòd quis sciat aliquid per legem aut legitimum Superiorem ecclesiasticum sub censura prohibitum, & tamen faciat: Arque ita ad excommu-

nicationem semper requiritur contumacia, quæ sit causa immediata excommunicationis, sive præcesserit aliud factum sive non, dum nimirum citatus quis stare noluit iuri, *c. ex parte de V. S.* dum autem delictum aliud præcessit ac proinde sententia excommunicationis processit non tantum ob contumaciam, sed etiam propter illud delictum, tale delictum vocatur causa excommunicationis, non immediata, sed mediata tantum, *Reiffenst. h. t. n. 13.*

10. Dicitur decimo: *Bonorum quorundam usu privat*, scilicet publicorum & communium, exercitium iurisdictionis ecclesiasticæ, perceptio Sacramentorum, indulgentiæ & publica Ecclesiae suffragia, aliæque similia bona spiritalia externa, non tamen bona propria & interna animæ, ut sunt dona gratiæ, virtutum theologiarum & moralium habitus, earumque actibus merendi, impetrandi, satisfaciendi vis, his enim spoliare, earumve usu interdiceret nequit potestas ecclesiastica. *Castrop. l. c. Laym. l. c. d. & c. 1. n. 2.*

11. Dicitur denique: *Ad eorum emendationem*, sunt enim, ut aliquoties dictum, pœnæ medicinales, non mortales, ideoque delinquente à contumacia recedente, sunt relaxandæ. *c. ex literis de constitut. & c. quâ fronte. de appellat.* cisque canonica monitio seu communitio præmittenda. *c. statutum. & c. Romana h. t. in 6.* ubi sententia excommunicationis absque competente monitione promulgata vocatur injusta.

Quæst. 551. Quotuplex sit censura?

Resp. Tres sunt celebriores divisiones censuræ; duæ primæ accidentales, nimirum ratione modi eas ferendi, tertia essentialis tanquam generis in species. Prima itaque censura alia est seu fertur ab ipso iure, nimirum per canones, constitutiones & statuta auctore Prælato Ecclesiastico illorum conditore. Altera ab homine, quæ à Iudice vel Prælato per modum mandati vel sententiæ judicialis fertur. Estque inter hos duos modos ferendi censuram hoc discrimen, quòd censura lata à iure, mortuo illius conditore canonis, seu constitutionis, perseverat canon, constitutio sic & ipsa censura. Lata ab homine ejus iurisdictione, morte vel alio modo finitâ, ipsa quoque expiret, & à nullo alio incurritur, etsi, qui eam incurserunt, ligati maneant, donec absolvantur. *Laym. l. 1. r. 5. p. 1. c. 2. Castrop. l. c. d. 1. p. 2. n. 8.* Ad hæc censura lata à iure nunquam ferri potest pro peccatis præteritis, sed solum pro futuris, lata ab homine non solum pro futuris, sed etiam pro præteritis in eorum satisfactionem & emendationem, *Castrop. l. c.* Censura lata ab homine subdividitur in specialem, quæ ob particulare factum & in personas determinatas fertur, ut si Episcopus excommunicaret Petrum ob illius à beneficio absentiam. Et in generalem, ut si excommunicaret omnes, qui furtum commiserunt. Neque his contrarium statuitur seu definitur in *c. Romana: de sent. excom. in 6.* dum ibi dicitur: *Caveant, ne tales excommunicationes, sive specialiter, sive generaliter pro culpis futuris ferre presument.* Indèque quidam dubitant, num quis præter Pontificem possit ferre censuram pro culpis futuris; nam præterquam id possint, qui pollent potestate legislativâ, ita ut tunc censura talis sit censura lata à iure, hic ad summum prohibetur censuram non à legislatore volente per hoc condere legem ferre, talem censuram per modum sententiæ, nisi subsit rationabilis causa, eaque in sententia exprimat, præterquam quòd

quod Suar. & Cönnich apud Castrop. n. 4. censeant, non contineri in eo textu præceptum, sed solum admonitionem, prout indicat verbum illud: *Caveant*: & si præceptum contineretur, consuetudine tamen vidente & non contradicente Principe sit abrogatum.

2. Secundò: Censura præfertim, quæ est à jure, alia est sententiæ latae, alia sententiæ ferendæ. Prior est, quam delinquens ipso facto seu criminis perpetracione sine alia sententia condemnatoria incurrit, quales jure decretæ intelliguntur verbis præteriti vel præsentis temporis significacionem habentibus. V. G. excommunicamus, anathematizamus, suspendimus, qui hoc fecerit, noverit se excommunicatum, excommunicationi subjaceat, vel in eam incidat; Prohibemus sub excommunicatione ipso jure, vel ipso facto sine alia sententia incurrenda &c. Censura sententiæ ferendæ est, quæ licet à jure statuta, à delinquente tamen non ipso facto statim incurritur, sed per sententiam à Judice infligenda, cujusmodi censura denotatur ferè verbis futuri temporis. V. G. excommunicabitur, suspendetur, vel excommunicetur: prohibemus sub excommunicatione; volumus excommunicari; ita ferè Sylv. v. *excommunicatio*. I. n. 22. Castrop. de lege pœnal. l. 2. c. 1. Suar. de cens. d. 3. f. 3. à n. 1. Laym. l. c. n. 3. ut autem censura censeatur latae sententiæ, non ambiguis, sed manifestis verbis est exprimenda, cum in pœnis benignior interpretatio sit facienda. Castrop. l. c. n. 5.

3. Tertiò: Censura essentialiter trifariam dividitur, nimirum alia est excommunicatio, alia suspensio, alia interdictum, ut constat ex c. *statutum*, de sent. excom. in 6. & præter has tres species censuræ non esse aliam tenent Nav. man. c. 27. num. 1. Lambertin. de jurepat. p. 1. l. 2. q. 9. a. 3. n. 3. Ugol. de cens. tab. 1. c. 26. Garc. de benef. p. 7. c. 13. n. 2. Suar. Tom. 5. in 3. part. d. 1. f. 3. Avil. de cens. p. 1. du. 5. Laym. l. c. c. 2. n. 1. Castrop. l. c. p. 1. n. 4. dicens communem & verissimam contra Sorum in 4. dist. 22. q. 3. a. 1. aliòsque Thomistas tribus dictis speciebus addentes cessationem à divinis, & irregularitatem ex delicto, & alios, insuper annuenerantes depositionem & degradationem, ita ut velint esse septem species censuræ, cujus contrarium ex c. *quarenti de V. S.* ubi Pontifex interrogatus de censuris, illas tres tantum enumeravit, quæ responsio eum sit in materia doctrinali, æquivaleret huic absolutæ: non sunt nisi tres dictæ, ne aliàs esset responsio imperfecta. Item ex ea ratione, quod definitio censuræ communiter recepta nulli alteri speciei nisi tribus enumeratis conveniat, dum cessatio à divinis est species quædam interdicti, vel non est tam pœna fidelibus imposta, quam signum quoddam mœoris Ecclesiæ ob injuriam sibi factam, depositio verò, degradatio & irregularitas non sunt pœnæ medicinales delinquente emendato auferendæ, sed ex se perpetuæ; censuræ autem etsi quoque privent fideles bonorum spiritualium usu, relinquunt tamen potestatem illum usum recuperandi.

Quest. 552. Quinam in specie habeant vel non habeant potestatem ferendi censuras?

1. Resp. primò: Potestate ordinariâ, qualis est, quæ alicui officio vel dignitati ecclesiasticæ, prout sunt ab Ecclesia instituta, annexitur in perpetuum, censuras ferre possunt imprimis summus Pontifex respectu omnium fidelium, ut Catholici omnes, dein Episcopi & Archiepiscopi in sua dice-

cesi quod ad sibi subditos. c. 1. de off. Ordin. Trid. sess. 6. de reform. c. 3. & sess. 14. c. 4. ita tamen, ut Archiepiscopus illas ferre nequeat respectu subditorum suorum suffraganeorum, nisi dum suffraganei diœcesim visitat, vel causa subditorum suffraganei ad ipsum devolvitur. c. *venerabilibus de sent. excom. in 6.* Tertiò Cardinales in ecclesia sui tituli, c. *his qua de majoris. & obed. & ibi DD.* Quartò Legatus sedis Apostolicæ in provincia suæ legationis. c. *Legatus de off. legat. in 6.* Quintò: Vicarius Episcopi generalis, quippe idem constituens cum Episcopo tribunal. c. 2. de consuetud. in 6. c. *Romana de appel. in 6.* idem est de Vicario capituli sede vacante, Trid. sess. 24. de reform. c. 16. & à fortiore de ipso Capitulo. c. *unic. de majoris. in 6.* Sextò: Concilia generalia per totam Ecclesiam, provincialia in sua provincia. Septimò: Abbates, Priores, Præpositi ecclesiæ collegiarum, & qui jurisdictionem in foro externo habent, Archidiaconi & Archipresbyteri, quieti ex primæva sua institutione eâ potestate carebant, c. 5. de off. Archipresb. modò tamen eorum aliqui ex consuetudine eam habent, Arg. c. *veniens. de eo qui surrive ordin. suscepti. & c. dubium de elect.* Octavò ex privilegio Papæ annexo eorum officio religionum Generales, Provinciales, Præpositi, Rectores, Guardiani, aliique Superiores locales habent, non tamen parochi, cum in foro externo jurisdictionem non exercent. Sylv. v. *excommunicatio*. I. n. 5. Nav. man. c. 27. n. 5. Suar. de cens. d. 2. f. 2. Castrop. tr. 2. d. 1. p. 4. n. 2. non obstante textu c. *cum ab ecclesiis. de off. ordin. ubi rata habetur excommunicatio facta à plebano; nam is plebanus erat Præpositus Ecclesiæ collegiæ, ut notat Avil. de cens. p. 2. c. 3. du. 2. vel ut Abb. in cit. c. n. 2. habebat hanc potestatem, vel si parochis concessa fuerit, eam contrariâ consuetudine abrogatam dicit Sotus in 4. dist. 22. q. 2. a. 1.*

2. Resp. secundò: Ex delegatione hanc potestatem habere possunt, quibus supradicti ordinariâ potestate gaudentes eam commiserint, cum potestate ipso, quod ordinariâ sit, possit delegari, prout constat ex *tr. de off. Ordin.* modò tamen is, cui delegatur, sit ejus capax, hinc is, cui delegatur, tempore delegationis debet habere usum rationis, debet esse baptizatus, item Clericus, seu habere primam tonsuram, quia merè laicus est incapax hujus jurisdictionis suscipiendæ. c. *Ecclesia S. Maria. de constit. c. judicatum. d. 89.* Ad eoque nec religio professo laico ea conferri aut delegari potest. Suar. d. 2. f. 2. n. 11. Laym. l. 1. sum. tr. 5. p. 1. c. 3. n. 2. Castrop. l. c. d. 1. p. 4. n. 3. Sed nec esse debet conjugatus, tamen enim Ordines minores habeat si que additus obsequio alicujus ecclesiæ, & habitum Clericalem gesserit (ob quæ privilegio canonis & fori gaudeat c. 11. de clericis conjugatis, juncto Trid. sess. 23. c. 6. de reform.) Ordinum tamen beneficiorumque & jurisdictionis administrationisque est omnino incapax, juxta expressum textum c. *sancti. de Cler. conjug.* Abb. *ibid.* Covar. c. *alma mater. p. 1. §. 11. n. 3.* Cönnich. d. 13. du. 4. Suar. d. 2. f. 3. n. 1. Laym. Castrop. *ll. cit.* unde nec ex dispensacione Episcopi hæc potestas laicis & conjugibus committi potest, cum nemini præter Pontificem concessum sit adversus consuetudinem & Decreta universalis Ecclesiæ procedere. Suar. Laym. Castrop. *ll. cit.* Atque ex his à fortiore constat, fœminam hujus jurisdictionis incapacem esse, ut dicitur in c. *de monialibus. de sent. excom. & c. dilecti. de majoris. & obed. de cujus cap. intellectu vide Castrop. cit. n. 3. in fine.* Verùm tamen incapacitatem hanc non esse

esse juris divini, ita ut nec Pontifex ex plenitudine potestatis hanc jurisdictionem concedere valeat feminæ, verius esse censet Castrop. *l. c. num. 5.* citans pro hoc Paludan. *in 4. dist. 19. q. 2. a. 1.* Nav. *L. 5. Confl. 1. de Sent. excomm. Sayr. de cens. L. 1. c. 5.* Filliuc. *tr. 11. c. 2. q. 8.* Hurr. *de cens. diffic. 4. n. 3.* Laym. *l. c. n. 4.* eò quòd, licet potestas ferendi censuras sit spiritualis, non sit tamen potestas Ordinis, sed jurisdictionis spiritualis, hujus autem fœmina non videatur incapax jure divino, cum ex privilegio Pontificis conferre possit beneficia Clericis, eòsque instituere in Ecclesiis, & iis præcepta imponere, juxta *c. dilecta de margarit. & obed.*

Quest. 553. In quos censura ferri possit, vel non possit?

Resp. Non nisi in hominem baptizatum, rationis compotem, viatorem, inferenti censuram subiectum ferri potest. Nav. *man. c. 27. n. 13.* Suar. *Tom. 5. de cens. d. 5. S. 1.* Laym. *l. c. c. 4. num. 1.* Cönninck *d. 13. du. 6.* Castrop. *l. c. p. 6. n. 1.* Hinc ferri nequit primò: in bruta, quia culpæ capacia non sunt, nec jurisdictioni subiecta, ideòque dum creaturæ irrationales fidelibus nocentes anathematizantur ab Ecclesia, id solum intelligendum, quòd Ecclesia illas detestetur & execretur. Castrop. *l. c.* Neque secundo: in Paganos, Judæos, Catechumenos, quia potestati Ecclesiæ non subjiuntur. Ecclesiam non ingressi, juxta illud Apostoli *1. ad Corinth. 5. quid mihi de his, qui foris sunt.* Secus de Hæreticis, Apostatis, Schismaticis utpote per baptismum subditis potestati Ecclesiæ, quam subterfugere non possunt. Neque tertio: in defunctos, Covar. Suar. Nav. *ll. cit.* Laym. *l. c. n. 2.* cum communi, quia amplius Ecclesiæ non subiecti, sive sint in cœlo sive purgatorio aut inferno. Hinc mandans occidi aliquem, non incurrit excommunicationem, si moriatur ante executionem mandati, dumque *c. à nobis. il. 2. de Sent. excomm.* Papa definit, posse excommunicatum absolvi post mortem, quia Ecclesia potest ligare & solvere defunctum, loquitur de absolutione & ligatione indirecta, quatenus Ecclesia præcipere potest fidelibus, ne corpus excommunicati sine signis pœnitentiæ decedentis sacræ sepulturæ tradantur ob excommunicationem, quâ defunctus, dum viveret, ligabatur, néve suffragia pro eo offerant, & è contra, si decesserit pœnitens, concedere, ut illa beneficia præstentur defuncto. Ita Covar. *l. c. n. 8.* Suar. *l. c.* Castrop. *cit. p. 6. n. 1. vers. tertio.* Neque quarto: in expertem rationis tunc, quando causam censuræ dabat, si verò compos erat rationis, efficacem causam censuræ incurrendæ dedit, & tempore, quo hæc infligenda in ebrietatem vel amentiam etiam perpetuam incidisset, utique eâ ligaretur, cum usus rationis & libera voluntas requiratur tunc solum, quando ponitur causa censuræ, & non, quando ea contrahitur. Laym. *l. c. c. 4. n. 3.* Suar. *d. 5. S. 1. n. 20.* sic qui sanæ mentis mandat occidi Clericum, & tempore interfectionis ebrius vel amens est, non effugit excommunicationem, à qua tamen, si amentia perpetua est, absolvendum eum esse dicunt Suar. Laym. *ll. cit.* Cönninck. *l. c. à num. 45.* De cætero etiam neget Ugolin. *de cens. c. 17. n. 5.* censuram ferri posse in impuberes, etsi usufructu polleant, eò quòd Ordinem judicarium non fati percipiunt, nec stare possint in judicio ad se defendendum & agendum, juxta *c. ult. de judiciis. in 6.* contrarium tamen de censura ipso jure annexa delicto tradunt Castrop. *l. c. n. 2.* Cönninck. *l. c.* Suar.

R. P. Lewr. *Jur. Can. Lib. V.*

l. c. n. 17. Hurr. *de cens. diffic. 7. n. 30.* idemque de lata per statutum, nisi contrarium ex consuetudine constet, cum ad talem censuram non requiratur citari delinquentem aut stare in judicio. Idem de censura per specialem sententiam ferenda in talem impubere dicit quidem Castrop. eò quòd, esto, ignoret impubes Ordinem judicarium, de eo tamen instrui potest sicut alius pubes, possitque medio procuratore stare in judicio, & respondere, addit tamen non esse adeò conveniens, impuberes ligari censurâ, eò quòd usus & recepta consuetudo habeat contrarium. Quintò: ferri nequit in non-subditos, unde Pontifex nullâ censurâ ligari potest, utpote supra jus omne humanum, ut dictum supra, item neque Imperator aut Rex ab Episcopo censurâ affici possunt, neque Episcopi generali juris constitutione censuram incurunt, nisi in ea fiat specialis mentio eorum, juxta *c. Quia periculosum. de Sent. excomm. in 6.* quòd tamen solum loqui de suspensione & interdicto notat Suar. *d. 5. S. 4. n. 3.* Denique qui existentes extra territorium lege illius non ligantur etiam censurâ impositâ per talem extra territorium ligari non possunt, cum censura sit pœna transgressionis legis, ubi nulla est transgressio, ibi nulla est impositio pœnæ, adeòque nulla est censura ibi imposita, Castrop. *tr. 3. d. 1. p. 24. §. 5. n. 23.* circa quòd tamen notandum cum Eodem *num. 24.* quòd si in uno territorio inchoatum delictum, cui annexa censura, & in altero consummatum, censuram non incurri ipso facto, quia non est imposita ob inchoationem delicti, sed ob consummationem, consummatio autem contingit extra territorium, & consequenter extra jurisdictionem Judicis imponentis legem, pro quo citat Suar. *de cens. d. 5. S. 4. n. 8. & 9.* Sylv. *v. excommunicatio. 2. n. 8.* Salas. *d. 14. S. 5. n. 71.*

Quest. 554. Ob quam causam inferri possit censura?

1. Resp. primò: Supponendo censuram infligi non posse nisi pro culpa, cum sit pœna medicinalis, quæ necessariò supponit culpam corrigendam, quòd ipsum quidem etiam locum habet, dum communitati alicui infligitur censura suspensionis & interdicti, ea censura tamen non supponit delictum omnium & singulorum istius communitatis membrorum, dum sæpe inter illos multi innocentes ab illo delicto, ob quòd censura lata, qui nihilominus eâ ligantur ob delictum communitatis, cujus contrarium est in excommunicatione, dum excommunicari non possit communitas, nisi expressè separentur innocentes.

2. Resp. secundo: Excommunicatio major aliâve gravis censura inferri nequit, nisi ob culpam mortaliter gravem externè consummatam contra Ecclesiasticæ potestatis præceptum contumaciter commissam. Dicitur primò: *censura gravis ob culpam seu peccatum grave:* quia pœna debet proportionari culpæ. *c. cum non ab homine. de judiciis.* Hinc excommunicatio major, suspensio, interdictum, prout hodie feruntur, infligi non possunt ob culpam venialem. Suar. *de cens. d. 4. S. 4.* Sanch. *L. 6. mor. c. 4. n. 55.* Laym. *l. c. c. 5.* Valq. *tr. 2. d. 158. c. 5.* Cönninck. *d. 13. du. 8. concl. 2.* Castrop. *tr. 29. d. 1. p. 7. n. 2.* & de excommunicatione majore apertè ex Triid. *Sess. 25. c. de reform. & c. nemo Episcoporum. & c. nullus Sacerdos 11. q. 3.* Navar. *27. n. 9.* Covar. *c. alumn. mater. 1. p. §. 9.* quibus non obstat, quòd excommunicatio in aliquibus textibus juris videatur ferri ob causam levem,

Pp

nam

nam non intelligendi de causa levi absolue, sed quæ sæpe ex circumstantiis redditur gravis, ut Castrop. l. c. n. 2. cum Cöinich. l. c. dicitur autem excommunicatio adhuc levis, quæ etsi non privet re adeo levi, sed quia privat usu aliquo Sacramento passivo, & potest tolli à quovis Sacerdote, & ideo infligi ob culpam venialem potest. Castrop. rr. 29. d. 2. p. 18. n. 7. & cum eo Reiffenst. b. t. n. 9. uti etiam quandoque ob levem aliquam suspensionem, v. g. ab uno actu electionis, à missa celebranda ad unum alterumve diem, ut Pirh. b. t. n. 27. Laym. Nav. Suar. &c. Dicitur secundò: *externè consummatum*: quia sufficere ad incurrendam censuram peccatum internè consummatum, etsi probabiliter satis teneant gl. in Clem. 1. de heret. & alii, quos referunt Sanch. in Decal. c. 8. n. 9. Farin. de heres. q. 192. Barb. de potest. Episc. alleg. 40. à n. 6. eò quòd tradant, Ecclesiam habere jurisdictionem in actus merè internos, dum v. g. absolvere potest à peccatis merè internis, eaque reservar, vota irritat &c. adeoque actus internos punire potest; contrarium tamen seu censuras se non extendere ad actus purè internos verius censent Nav. cit. c. 27. n. 66. Covar. reg. peccatum. p. 2. n. 7. Vasq. 1. 2. d. 160. Avil. p. 1. du. 10. Hurt. de cens. diff. II. n. 49. Castrop. l. c. p. 7. n. 4. Suar. de cens. d. 4. S. 1. referens plures. Estque ratio manifesta, quia Ecclesia est sensibilis & visibilis adeoque potestatem habere non potest in id, quod insensibile & invisibile est, neque etiam, quæ ei occulta sunt, punire potest, rationes etiam in contrarium adductæ minùs efficaces videntur, ut est illa, quòd potestas Ecclesiæ sit spiritualis; nam esto, sit talis saltem moraliter, quia tamen inest hominibus, qui corporales sunt, extendere se nequit ad res purè spirituales, item: absolvit à peccatis purè mentalibus, dum ea fiunt illi manifesta, reservar peccata occulta, non exercendo in ea jurisdictionem, sed potius eam negando &c. cæteras dilutas vide apud Castrop. num. 5. Dicitur tertio: *ob peccatum ab Ecclesiastica potestate specialiter prohibitum, contumaciter commissum*: quod satis declaratum supra in definitione censuræ; quibus adde, ferri non posse censuram pro peccato præterito in ejus punitionem, sed necessariò ferendam pro peccato futuro vel in præteriti satisfactionem, Nav. cit. c. 27. n. 9. Ugol. de cens. tab. 1. c. 9. §. 5. Covar. c. alma mater. p. 1. §. 9. n. 4. Suar. d. 4. S. 5. Laym. l. c. c. 5. num. 3. Castrop. l. c. n. 8. juxta c. 1. de Sent. excom. in 6. eò quòd, cum censura ex sua institutione sit medicina præservativa & coercitiva peccati, nequeat infligi pro peccato purè præterito, quia illi, quatenus præteritum, mederi non potest; Item non nisi pro externè completo in suo genere secundùm proprietatem verborum contentorum in præcepto seu lege infligente censuram, quia leges pœnales strictè interpretandæ, Cöinich. l. c. concl. 7. Suar. d. 4. S. 3. n. 7. Nav. L. 5. Consilior. conf. 7. n. 1. Sanch. de matr. L. 3. d. 2. n. 5. Castrop. l. c. n. 10. Arg. c. perpetuo. de elect. in 6. unde censuram latam contra committentem delictum non afficere mandantem aut contententem illud, nisi in lege exprimat, probabilius docent Cajet. v. excommunicatio sub princ. Armill. eod. n. 2. Nav. cit. n. 27. n. 51. Henriq. L. 13. de excomm. c. 17. n. 2. Sanch. l. c. d. 49. n. 7. Avil. Hurt. & plures alii, quos citat & sequitur Castrop. l. c. n. 12. eò quòd mandans in rigore dici nequeat illud delictum facere, ut Bart. in c. sed unus. §. servus de injuriis. n. 2. Jalon. in L. si quis id. ff. de jurisd. omni. jud. n. 36. Clarus L. 5. §. fin.

q. 89. Pacian. rr. crim. L. 9. c. 32. num. 2. ex eo, quòd mandatum & consilium præcedant factum, & sint causa moralis illius, adeoque sub facto comprehendendi non debeant, & ut diversa puniantur. Et licet mandans absolue dici possit delictum committere, non tamen adhuc in proprio & rigoroso sensu, quo requiritur non moralis, sed physica factio, ut Castrop. n. 14. illud certum videtur, mandantem, si contra illum lata censura, illam non incurtere, dum mandatum, antequam datum executioni, revocavit efficaciter, secus tamen, si revocavit, quantum potuit, sine effectu tamen, quia non desinit esse causa moralis delicti, ut Castrop. n. 15. citato Cöinich. d. 14. du. 15.

Quæst. 555. An & qualis præmonitio necessariò præmittenda censuræ ferende?

1. Resp. Primò: ad incurrendam censuram ipso jure latam vel per sententiam aut decretum generale sub censura ipso facto incurrenda aliquid faciendum, nulla prærequiritur monitio seu comminatio censuræ incurrendæ. c. reprehensibilis. de appell. cum enim jus, talisque sententia generalis sit publica, in se per se continud monent, nisi tamen jus ipsum expressè vellet monitionem præcedere, unde potest ac debet Judex commissio delicto delinquentem publicè denunciare & declarare centuratum, v. g. excommunicatum, Arg. c. conquesti. b. t. Nihilominus debere adhuc citari delinquentem obnoxium censuræ ipso jure latæ ad hoc, ut defendere se possit, si forsan causam habeat excusantem à censura, tradit Nav. cit. conf. 9. n. 4. eumque secuti Engels. b. t. n. 9. & Reiffenst. b. t. n. 23. quin & volunt per textum & gl. in Clem. 3. de censib. & Clem. 2. de pœnis denunciationem seu declarationem excommunicationis à jure latæ esse nullam, nisi talis citatio præcesserit, nisi delictum & contumacia delinquentis non respicientis esset notoria.

2. Resp. Secundò: ad incurrendam censuram saltem excommunicationis ab homine latam requiritur necessariò prævia monitio seu comminatio illius, est communis & certa, juxta c. reprehensibilis. de appell. c. Sacro. b. t. c. Romana. c. Statutum. c. Constitutionem. b. t. in 6. quia fertur ob contumaciam & ob inobedientiam actualem, & qui monitus non est, rebellis & contumax non est, nihilominus tamen, cum censura suspensionis & interdicti non ut mere censuræ, sed ut pœnæ vindictivæ infligatur, imponi tunc possunt nullà præmissâ comminatione, Arg. c. Cum in cunctis. §. fin. de elect. c. Sacro. b. t. Castrop. l. c. p. 5. n. 5. debet hæc monitio ordinariè esse trina cum competente intervallo dierum. cit. c. Constitutionem. gl. in cit. c. Sacro. v. competentis, vel una æquivalens tribus Arg. L. contumacia §. 1. ff. de re judicata, tum ut contumacia delinquentis magis appareat, tum ut habeat spatium ad defensionem proponendam, vel ad satisfactionem præstandam. Suar. d. 3. S. 12. n. 4. & 5. Hurtad. de censur. diff. 20. n. 86. Laym. L. 1. rr. 5. p. 1. c. 6. in fine. Estque tempus ad trinam vel unam trinam æquivalentem competens concessum exprimendum in ipsa sententia, Castrop. l. c. p. 5. num. 8. si verò feratur sententia excommunicationis non obsevat illà trinitate monitionis, sententia erit quidem injusta, non tamen invalida, nisi fortè censura lata fuerit adversus participantes & communicantes cum excommunicato, c. Statutum. c. Statutum de Sent. excom. in 6. Castrop. l. c. cum AA. paulò antè cit. item debet monitio illa fieri in scriptis

inentibus causam, ob quam lata censura, ita ut, si pronunciata sine sufficiente causa (secus urgente legitima causa) verbotenus Judex eam proferens (excepto Episcopo) ab ingressu Ecclesiae & divinis officijs ipso jure suspendatur, & si interea divinis se ingererit, sit irregularis, juxta c. 1. de Sent. excom. in 6. Item debet hæc monitio in scriptis tradi reo vel coram illo legi, & quidem coram testibus, qui de ea tradita vel lecta testari possint, qui tamen si se malitiosè absconderet & declinaret, sufficit eam fieri ad ejus domum, vel in Ecclesia, platea aliòve loco publico, ex quo in ejus notitiam faciliè devenire possit, affigi, c. Sacro. de Sent. excom. c. Quoniam. §. porro. ut lite contestata, Suar. l. c. d. 3. §. 11. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 9. n. 4. Castrop. l. c. n. 11.

3. Resp. Tertiò: adhuc monitio prævia necessarii requiritur, dum censura à jure statuta est sententiæ ferendæ, Arg. c. reprehensibilis. de appell. dum ibi univèrsaliter & indistinctè præcipitur, ut præmittatur canonica monitio, nisi censura à jure imposita sit sententiæ lætæ ipso jure incurrenda, quæ tamen responso locum non habet, ubi crimen & contumacia est notoria, cum, ubi excessus est notorius, accusatione, examinatione, & probatione opus non sit. can. manifesta. & seq. caus. 2. q. 1. c. bona. de elect.

Quæst. 556. Quibus de causis excusetur quis ab incurrenda censura?

1. Resp. Primò: Ignorantia quælibet, modò crassa & supina non sit, excusat à censura, adeoque, si ea sit facti, ut dum ignorat, id, quod facit, contineri inter prohibita sub censura, v. g. dum percutit quis clericum putans esse laicum, c. Si verò de Sent. excom. si sit juris, ut dum quis percutit clericum minorum Ordinum, nesciens percussioni talis Cleri statutam censuram. c. 2. de constit. in 6. estque utriusque eadem ratio, nimirum quòd, cum censura ex sua institutione sit ad exercendos & continendos rebelles & inobedientes, eà ignoratà hanc vim habere nequit, ac ita non incurritur, cumque sint pœnæ, quæ virtualiter contemptum legis requirunt, tales esse non possunt, dum ignoratur factum esse contra legem. Neque his obstat, quòd delinquentes contra alias leges sub certa pœna aliquid prohibentes eadem pœnà justè plectantur, etsi ignorent pœnam, sub qua lex aliquid prohibuit, ut constat ex praxi recepta, nam in hac est disparitas inter censuras & pœnas vindicativas, quòd ad has nulla requiritur contumacia, sed sola sufficiens simplex inobedientia erga Deum vel legislatorem humanum, ob quam tum in vindictam sceleris, tum ob terrorem aliorum pro bono & tranquillitate communi scienter agentibus contra legem infliguntur pœnæ, etsi hæc antecedenter ignorentur, censuræ verò utpote pœnæ medicinales requirant contumaciam consistentem in eo, quòd quis sciens aliquid prohibitum sub censura, & tamen illud committat contra legem Ecclesiasticam, sicque eam quasi contemnat, ita Reiffenst. h. t. n. 31. cum Sylv. v. ignorantia. n. 14. & Nav. cit. c. 27. n. 274. Unde jam etiam stante dubio juris & facti, quòd adhibità debità diligentia vinciri non potuit, non teneri quis reputare se ligatum censurâ, Sanch. in Decal. c. 10. num. 56. Castrop. l. c. p. 8. num. 8. eò quòd in illo casu ei censura non satis sit promulgata, neque dici possit eam contemnere, quam justè impositam ignorat. Ita cum D. Thom. quodlibet. 4. a. 14. Sanch. l. c. n. 57. & 58. Castrop. l. c. secus est de eo, qui scit censuram latam, dubitat tamen, num à censura, quæ se li-

R. P. Leurr. Jur. Can. Lib. V.

gatum fuisse scit, sit absolutus, is debet se reputare adhuc ligatum, quia pro censura, ejusque ligamine stat possessio, Arg. c. Sicut de Sent. excomm. Item de eo qui dubitat, num appellationem præmiserit censuræ, vel legitime ab ea appellaverit. Sayr. de cens. l. 1. c. 16. Sanch. l. c. n. 59. Castrop. l. c. qui tamen n. 61. tradit, quòd etsi stante legitimo dubio reputare se non debeat pro censurato, in foro conscientie & exteriori, id tamen non tenere quòd ad Episcopatum aliãve dignitatem Ecclesiasticam, eò quòd turpe sit aliquando ab ea deturbari, comperta veritate censuræ.

2. Resp. Secundo: regulariter quis excusatur à censura ex gravi metu, v. g. mortis, mutilationis, infamiae, gravis jacturæ bonorum, qui committit aliquid sub censura prohibitum. Suar. d. 4. §. 3. num. 14. Laym. l. 1. Sum. tr. 5. p. 1. c. 5. in fine. Cönninck. d. 13. du. 12. n. 99. & seq. Castrop. l. c. n. 10. Pirh. h. t. n. 47. & alii cum communi, quia leges Ecclesiasticæ regulariter non obligant cum periculo vitæ, membrorum, alteriusque gravis damni. Arg. c. 4. de reg. Jur. quia lex humana debet esse accommodata humanæ fragilitati; dum autem lex non obligat, ejus transgressione censura ei annexa non incurritur. Dixi tamen regulariter: quia in casibus extraordinariis, dum v. g. observatio legis humanæ necessaria pro conservando bono communi aut ejus transgressio cederet in contemptum fidei vel potestatis Ecclesiæ, sicut ea ex metu gravi facta non excusat à peccato mortali, sic nec à censura, si illa ei imposita. Laym. l. c. n. 9. Suar. de cens. d. 6. §. 3. Castrop. l. c. Idem esse, dum Ecclesia prohiberet quid sub censura, quòd aliàs jure naturali prohibitum est, v. g. fornicationem, furtum, homicidium, quia nulla est ratio, ob quam in eo casu dici posset præceptum Ecclesiasticum cessare, cum ex eo præcepto non astringatur quis ad aliquid peragendum vel omittendum, quòd eo præcepto secluso peragi aut omitti non debeat. Ita contra Cönninck cum Hurt. de cens. diffi. 23. num. 10. Castrop. l. c. n. 11. qui tamen addit, quòd, si tali præcepto naturali adderetur aliqua circumstantia, eidemque annexeretur censura v. g. prohibendo fornicationem in templo sub censura, excusetur fornicator à censura, si eam gravi metu adactus committeret in templo, quia non est censendus delinquere contra jus Ecclesiasticum, sed tantum contra jus naturale.

3. Resp. tertiò: excusatur quis à censura non tantum, quando innocens est à culpa, cui ea imposita, coram Deo & quòd ad forum externum, ut contentiunt omnes, verum etiam quando nocens est, si culpa exteriùs probata non est, quamvis Judici privatim notum sit, esse nocentem, quia Judex censuram ferre non potest ex notitia privata, estque talis illius sententia nulla, cum sententia sit actus publicus & forensis judicii. Castrop. n. 12. cum Nav. in c. cum contingat. de foro. comp. caus. nullitatis. 8. An verò è contra re ipsà innocens, legitime tamen probatus nocens seu reus delicti, cui imposita censura, ligetur censurâ, in eo, inquam, non conveniunt AA. affirmant cum Gl. in c. 1. de Sent. excom. in 6. v. propter quam. Durand. in 4. d. 18. q. 4. Cordub. l. 1. q. 43. referens plures, eò quòd Judex juxta allegata & probata procedat justè, quòd bona, quibus fideles per censuram privantur, dispositioni Ecclesie subdantur, quibus proinde in hoc casu innocentem privare possit, tum ut judicii æquitas servetur, tum ne Ecclesie autoritas contemnatur, quòd præcepto lato à Judice procedente secundum Ordinem juris nequeat resisti, sed potius ob-

P p 2

servan-

servandum, saltem in facie Ecclesiæ, ut cum Div. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. a. 1. plurimi apud Castrop. l. c. num. 3. Econtra innocentem probatum nocentem aliquâ censurâ ligari posse, negat Cajet. 2. 2. q. 70. a. 4. ad 1. Sotus, Covar. Avila. Suar. & alii, ex ea ratione, quod verisimile non sit, Christum reliquisse Ecclesiæ potestatem privandi innocentem tantis bonis spiritualibus, cum privatio hæc nec publicæ disciplina nec Judicis authoritati tuendæ expediat, sed ad id sufficiat, ut is, in quem fertur talis sententia, in facie Ecclesiæ & coram scientibus censuram & innocentiam ignorantibus se gerat, ac si verè ligatus censurâ, ad quod vi prædictæ sententiæ videtur obligatus. Castrop. n. 15. distinguit, ita, ut res, quæ præcipitur, sub censura sit iniqua Judice ignorante iniquitatem, non teneatur, nec possit parere sententiæ. v. g. dum ligatus impedimento dirimente per sententiam jubetur contrahere & consummare matrimonium, quia præsumenda non est Ecclesia velle, ut sibi contra legem divinam & naturalem obediat, uti sentiunt omnes, sed si, quod præcipitur sub censura, nulli legi adversetur, etsi probabile censeat ligari alienum in hoc casu censurâ, si non pareat, contrarium censet probabilius, eò quod durum & ab Ecclesiæ benignitate alienum sit, cogere & obligare sub censura ad solvendum & exequendum quid tanquam debitum, quod nullo modo debitum est, & licet in exteriori foro debitum esse demonstratur, id solum probat, aliquem obligatum esse id exequi, dum præceptum tale sine scandalo non potest non observari, & hoc non ex vi talis præcepti, utpote quod nullum est, sed ex vi juris naturalis, quo tenetur quis potestati publicæ justè & juridicè præcipienti obedire, unde si tali præcepto non tantum secreto, sed & publico, non obediat, non incurritur exinde censura, nec obligatio abstinendi in publico ab omnibus actibus, qui per censuram exerceri prohibentur, ut Suar. Laym. Cönnick censent, sed ex vi præcepti naturalis, quo tenetur quis censuram communi hominum sensu veram observare, ut Castrop. cit. n. 15. juncto n. 16.

Quæst. 557. Censura qualiter tollatur?

Resp. primò: Censura semel incurta non tollitur, nisi per absolutionem ab ea, cum tolli nequeat, nisi à potestate collata Petro solvendi ligatos, cujus potestatis actus est absolutio. Castrop. tr. 29. d. 1. p. 11. §. 1. num. 2. Neque enim tollitur morte infligentis eam, cum, licet ab eo pendeat in fieri, non tamen in conservari, quia non est præceptum, sed poena transgressionis præcepti, quæ durat, quousque legitime tollatur. Arg. c. Si Episcopus 11. q. 3. c. Pastoralis. §. præterea. de Off. Ord. Suar. de cens. d. 7. S. 1. Laym. L. 1. Sum. tr. 5. p. 1. c. 7. n. 1. Castrop. l. c. Hurt. de excom. diff. 1. d. 14. Neque perfecte cessat morte censurati, tamen si enim quâ parte ligabat censuratum viventem, ejus morte pereat, non tamen quâ parte obligabat fideles abstinere ab ejus communicatione, dum & hi eo mortuo tenentur à sepeliendo ejus corpore, uti & ab offerendo pro ejus anima preces publicas abstinere, Suar. l. c. S. 7. n. 5. & 6. Laym. l. c. Castrop. l. c. n. 3. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 1. n. 8. Neque denique satisfactione parti læsæ præstitâ & emendatione solâ, dum, licet imponatur, ut parti satisfiat, & delinquens corrigatur, ex eo tamen solum sequitur, quod debeat censura à Judice auferri, non verò quòd ea ex se cesset; qualiter verò etiam, dum non absolute, sed pro determinato tempore fertur, adhuc non tollatur sine absolutione, vide apud Castr. cit. n. 4.

2. Resp. secundò: Potest absolutio à censura fieri

variis modis, nimirum vel simpliciter & absolute, dum ea conceditur emendato & à contumacia decedente; vel sub conditione aliqua, quæ si respiciat tempus præsens vel præteritum propriè conditio non est, cum non suspendat actum, sed eâ existente valet absolutio, eâ deficiente non tam corrumpit, quam nulla unquam fuit, si respicit tempus futurum, v. g. dum dicitur: Absolvo te ab incurta excommunicatione, quamprimum satisfeceris, suspensa manet, usque dum præstita satisfactio, quâ præstitâ jam absolutio evasit absoluta. Sed neque jure divino neque humano magis irritam aut prohibitam talem absolutionem quam excommunicationem ipsam sub conditione de futuro factam, cum communiteneat Covar. l. c. n. 6. Suar. l. c. d. 7. S. 8. n. 7. Laym. l. c. c. 7. n. 1. Vasq. de excom. d. 18. Castrop. l. c. §. 2. n. 2. citatque ab eo Nav. Cönn. Hurt. modò tamen rationabilis sit causa conditionatè absolventi, cum aliàs talis modus absolventi alienus sit à praxi & usu recepto. His de cætero non obstante, quòd concedi nequeat absolutio Sacramentalis à peccatis sub tali conditione de futuro, siquidem absolutio à peccatis non pendet immediate à voluntate absolventis, sed remote quatenus ex illa voluntate apponitur materia & forma Sacramenti à Christo instituta, quibus positis, non potest illorum effectus ex humana voluntate dependere, absolutio autem à censura alijsque poenis immediate pendet à voluntate absolventis exterius expressâ, ideòque illius effectus suspendi potest. Ita Castrop. l. c. n. 3.

3. Resp. tertio: Est & alius modus absolventi à censura, dictus ad cautelam, quo cavetur damnum, quod ex censura ignota tam censurato quam aliis provenire poterat, & hinc frequenter præmittitur tum absolutioni à peccatis ob vitandam Sacramenti irreverentiam, tum Ordinum receptioni, tum beneficiorum, aliorumque privilegiorum collationi ad vitandam eorum invaliditatem. Hæc absolutio ignorantem censuram petenti absolvi à quacunque censura, si fortè aliquâ ligatus esset, concedenda est. Castrop. n. 4. Hæc si petatur pro foro conscientie factâ promissione de satisfaciendo, ubi constitit adfuisse censuram, concedenda est. Castrop. n. 5. cum Sayr. thes. L. 2. c. 16. n. 19. Si verò in foro externo petatur generatim absolutio à censura, eò quòd petens nullius in particulari suspicionem habeat nullâ præmissâ causæ cognitione, nullâque datâ cautione, ea conceditur. At si alicujus specialis censuræ, de qua habetur suspicio, utique is saltem semiplenè probare debet absolventis, se illâ censurâ ligatum non esse, vel quia sententia lata de super continet errorem, vel lata post interpositam legitimam appellationem, vel quacunque alia de causa. Abb. in c. Apostolica. de censib. n. 10. Felin. n. 22. Covar. l. c. §. 12. n. 7. Sayr. Ugol. & alii apud Castrop. l. c. Item citandus, ad cujus instantiam excommunicatio lata, item Judex qui eam tulit, si processit ex officio, & si in probatione defecerint, condemnandi, & reus absolventis. Porrò absolutionem hanc ad cautelam præstare poterit, qui ab ea censura absolute absolvere potest, an verò cuilibet Judici delegato competat hæc potestas, valde variant AA. ut legere est apud Castrop. l. c.

4. Resp. quartò: Est quoque modus alius absolventi à censura, qui vocatur: ad reincidentiam, eò quòd absolutus in eam iterum incidat, si opus sub censura præceptum non exequatur, utitur hoc modo frequenter Judices in debitis pecuniariis, dum ex consensu creditoris debitorem absolvent ab excommunicatione incurta ob non solum debitum,

im.

imposito præcepto, ut intra tot dies fiat solutio, si minus, eadem censurâ denuo ligetur. Sic etiam absolutus à sede Apostolica ejusve Legato, Nuncio cum mandato comparandi coram Ordinario vel alio, à quo sit penitentiam accepturus, vel cum obligatione parti satisfaciendi, si tale præceptum negligat, reincidit in censuram Castrop. l. c. n. 7. & 8. Fit hæc absolutio ad reincidentiam modo adhuc alio, dum nimirum absolvitur quis pro aliquo tempore absolutè, & pro reliquo tempore sub conditione, v. g. absolvitur quis à Judice ad tres dies ex consensu creditoris & in perpetuum, si intra illos dies debitum solvat. Item alio modo hac absolutio ad reincidentiam absolvitur quis, nimirum in ordine ad aliquem tantum effectum, v. g. ad collationem beneficii alicujus, ad ferendum testimonium, in quo casu absolvi aliquem non à censura, sed ab uno illius effectum, v. g. incapacitate conferendi beneficii, ferendi testimonii, tradit Castrop. n. 12. uti &, quod nullus præter Pontificem uti possit hoc modo absolvi à censura, quia nemini concessum fante censurâ illius effectum impedire, eum censura suos effectus habeat à pontificia institutione, quam nullus alius à Pontifice mutare possit, excepto tamen unico casu, qui tamen ab ipso Pontifice conceditur ob necessitatem, dum nimirum cuicumque Judici, tam ordinario quam delegato, tamen si potestatem non habeat absolvi à censuris, datum est, ut excommunicatum absolvere possit non absolutè, sed ad effectum dicendi testimonium, quando aliâ viâ veritas cognosci non potest, c. *veniens, de testib. juncto c. præterea, de off. jud. deleg.* Laym. l. c. c. 7. in fine, Sayr. thes. l. 2. c. 16. n. 15, Castrop. cit. §. 2. n. 2.

Quest. 558. Quâ formâ & ritu concedatur absolutio à censura?

1. **R**esp. primò: Nulla forma in jure desuper præscripta, sed sufficit, quæ voluntatem absolventis declarat, ut si dicatur: ego te absolvo ab excommunicatione &c. imò: absolvo te: si præmissa petitio absolutioni à censura. Ugol. de cens. lib. 1. c. 23. Sayr. thes. l. 2. c. 16. n. 3.

2. **R**esp. secundò: Ligatus pluribus censuris etiam ejusdem rationis, potest absolvi ab una, & non ab alia, secus ac accidit in absolutione à peccatis mortalibus, potest etiam ab omnibus absolvi unâ absolutione, si absolvens habeat eam potestatem & voluntatem, Sayr. l. c. c. 11. à n. 16. quam voluntatem non habere censetur, si unam tantum censuram aperuit penitens, c. *cum pro causa, de sent. excom.* Abb. *ibid.* n. 6. Covar. in c. *alma mater*. p. 1. §. 1. n. 13. Potest fieri verbis & scripturâ, tam in foro exteriori quam conscientie, ut usus probat, quin & eam fieri signis aliis non esse mortale, ait Hurt. d. 14. de excom. diff. 14. quod non credit Castrop. l. c. §. 3. n. 3. maxime in absolutione judiciali, quia adversatur consuetudini receptæ in re gravi. De cætero ritus observandus in absolutione judiciali ab excommunicatione, præscribitur in c. *à nobis, de sent. excom.* & Pontificali Romano, de quo vide Castrop. l. c. n. 4.

3. **R**esp. tertio: Inter condiciones ad absolvendum à censura, prima est potestas, quæ nemini non Clerico etiam in articulo mortis concessa, Nav. c. 26. n. 26. Covar. l. c. n. 9. Castrop. l. c. n. 5. potestatem hanc habet, cui commissâ absolutio satisfactione non præstitâ, si absolvendus impotens satisfacere præstet cautionem pignoratitiam vel fidejussoriam, aut si hanc præstare nequeat, juratoriam. Vasq. de excom. du. 20. Avil. p. 2. c. 7. du. 8. Sayr. l. 2. thes. c. 17. n. 11. Castrop. n. 6. cum potestas absolvi parte

satisfactâ subintelligitur, in quantum fieri potest servato juris ordine, quem Ordinem quia violat Judex contentus cautione juratoriâ, dum censuratus præstare potest satisfactionem, peccat graviter, Arg. c. 2. de sent. excom. in 6. invalidè quoque absolvit, si est Judex delegatus, quia delegans censendus non est concedere potestatem absolvi contra juris Ordinem & in præjudicium tertii. Ita Vasq. loc. cit. Suar. d. 7. §. 5. n. 42. Cón. d. 14. du. 16. num. 121. cujus contrarium probabile esse docent Hurt. d. 14. diff. §. n. 22. Sanch. Avil. quos sequitur Castrop. l. c. Secunda conditio tenens se quoque ex parte absolventis est libertas à coactione & metu, à quocunque coactio & metus procedat, quod procedit, tamen si Judex sub conditione futura censuram imposuisset, & ante completam conditionem cogeretur revocare mandatum, ea revocatio nulla esset, Suar. d. 7. §. n. 13. Sayr. l. c. l. 1. c. 21. n. 30. Item procedit in absolutione ab excommunicatione minore. Tertia conditio est, ut absolvens in causa principali non decipiatur, ut dum absolvens fingeret se parti satisfecisse, vel propositum satisfaciendi habere, quod non habet, absolutio, utpote per subreptionem obventa, non valeret. Sayr. l. c. num. 27. Covar. l. c. §. 1. n. 14. Castrop. l. c. n. 8. Quarta ex parte absolventis petitio absolutionis, non quidem ut sine ea absolutio non habeat effectum, sed ut convenienter concedatur; nam cum censura imposita ad correctionem censurati, expedit illum humili postulatione demonstrare, se esse correctum, Arg. c. *per tuas, de sent. excom.* dum aliâ possit invito concedi. Suar. d. 7. §. 7. Castrop. l. c. n. 9. Sayr. l. c. Denique licet non requiratur, absolvendum esse præsentem Judici absolventi, Nav. c. 26. n. 14. Sylv. v. *absolutio* 3. n. 9. Henriq. l. 3. de excom. c. 29. n. 1. Castrop. l. c. n. 10. ut tamen sic licet fiat, adesse debet causa urgens, cum sic expediatur, tum ad reverentiam censurarum, tum ad majorem humilitatem & cautionem censurati, idem dicendum de absolutione petenda per procuratorem, Sayr. Suar. Nav. Henriq. Castrop. *ll. cit.* ad quod tamen is habere debet mandatum speciale. Gl. in c. *qui ad agendum, de procurator.* in 6. v. *vel pacisci.* Ugol. Tab. 1. c. 29. §. 1. n. 3. quin & jurare, se præstaturum omnia, quæ absolvendus præstare deberet, si præsens adesset; ad quod tamen juramentum non eget speciali mandato. Castrop. cit. n. 10.

Quest. 559. Quinam absolvere possint à censuris?

1. **R**esp. Primò: à censuris ab homine specialiter laicis absolvere potest primò: qui eas tulit, nisi sit specialiter interdictum. c. *Verbum, de penitentia. dist. 1. c. pastoralis.* §. *præterea, de Off. Ordinar.* D. Thom. 3. p. in additionib. q. 24. a. 1. Suar. d. 7. §. 2. Covar. in c. *alma mater*. p. 1. §. 12. num. 2. Laym. l. 1. Sum. tr. §. p. 1. c. 7. n. 2. Abb. in c. *prudentiam.* §. *fin. de Off. delegat.* Felin. *ibid.* n. 19. Sayr. l. 2. thes. c. 20. Nav. c. 27. n. 40. Castrop. l. c. §. 4. num. 1. idque etiam, si reus domicilium suum mutet, adhuc ab eo, qui tulit censuram, absolvi potest, Arg. c. *Proposisti, de foro comp.* Gl. *ibid.* v. *citatus*, mutatione enim domicilii subterfugi nequit jurisdictio auctoris censuræ. Suar. l. c. Sayr. l. c. n. 4. Item, etiam si appellationem interposuerit censuratus, cum per appellationem ferens censuram non priveretur jurisdictione suâ, quod ad ea, quæ appellationi non obstant, qualiter ei non obstat absolutio à censura, sed potius eam juvat, cum sit id, quod appellatione intenditur. c. *si à judice, de appell.* in 6. Abb. in c. *questiones, de appell.* num. 7. Suar. cit.

servandum, saltem in facie Ecclesiæ, ut cum Div. Thom. in 4. dist. 18. q. 2. a. 1. plurimi apud Castrop. l. c. num. 3. Econtra innocentem probatum nocentem aliquâ censurâ ligari posse, negat Cajet. 2. 2. q. 70. a. 4. ad 1. Sotus, Covar. Avila. Suar. & alii, ex ea ratione, quod verisimile non sit, Christum reliquisse Ecclesiæ potestatem privandi innocentem tantis bonis spiritualibus, cum privatio hæc nec publicæ disciplina nec Judicis authoritati tuendæ expediat, sed ad id sufficiat, ut is, in quem fertur talis sententia, in facie Ecclesiæ & coram scientibus censuram & innocentiam ignorantibus se gerat, ac si verè ligatus censurâ, ad quod vi prædictæ sententiæ videtur obligatus. Castrop. n. 15. distinguit, ita, ut res, quæ præcipitur, sub censura sit iniqua Judice ignorante iniquitatem, non teneatur, nec possit parere sententiæ. v. g. dum ligatus impedimento dirimente per sententiam jubetur contrahere & consummare matrimonium, quia præsumenda non est Ecclesia velle, ut sibi contra legem divinam & naturalem obediat, uti sentiunt omnes, sed si, quod præcipitur sub censura, nulli legi adversetur, etsi probabile censeat ligari alienum in hoc casu censurâ, si non pareat, contrarium censet probabilius, eò quod durum & ab Ecclesiæ benignitate alienum sit, cogere & obligare sub censura ad solvendum & exequendum quid tanquam debitum, quod nullo modo debitum est, & licet in exteriori foro debitum esse demonstratur, id solum probat, aliquem obligatum esse id exequi, dum præceptum tale sine scandalo non potest non observari, & hoc non ex vi talis præcepti, utpote quod nullum est, sed ex vi juris naturalis, quo tenetur quis potestati publicæ justè & juridicè præcipienti obedire, unde si tali præcepto non tantum secreto, sed & publico, non obediat, non incurritur exinde censura, nec obligatio abstinendi in publico ab omnibus actibus, qui per censuram exerceri prohibentur, ut Suar. Laym. Cönnick censent, sed ex vi præcepti naturalis, quo tenetur quis censuram communi hominum sensu veram observare, ut Castrop. cit. n. 15. juncto n. 16.

Quæst. 557. Censura qualiter tollatur?

Resp. primò: Censura semel incurta non tollitur, nisi per absolutionem ab ea, cum tolli nequeat, nisi à potestate collata Petro solvendi ligatos, cujus potestatis actus est absolutio. Castrop. tr. 29. d. 1. p. 11. §. 1. num. 2. Neque enim tollitur morte infligentis eam, cum, licet ab eo pendeat in fieri, non tamen in conservari, quia non est præceptum, sed poena transgressionis præcepti, quæ durat, quousque legitimè tollatur. Arg. c. Si Episcopus 11. q. 3. c. Pastoralis. §. præterea. de Off. Ord. Suar. de cens. d. 7. S. 1. Laym. L. 1. Sum. tr. 5. p. 1. c. 7. n. 1. Castrop. l. c. Hurt. de excom. diff. 1. d. 14. Neque perfectè cessat morte censurati, tamen si enim quâ parte ligabat censuratum viventem, ejus morte pereat, non tamen quâ parte obligabat fideles abstinere ab ejus communicatione, dum & hi eo mortuo tenentur à sepeliendo ejus corpore, uti & ab offerendo pro ejus anima preces publicas abstinere, Suar. l. c. S. 7. n. 5. & 6. Laym. l. c. Castrop. l. c. n. 3. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 1. n. 8. Neque denique satisfactione parti læsæ præstitâ & emendatione solâ, dum, licet imponatur, ut parti satisfiat, & delinquens corrigatur, ex eo tamen solum sequitur, quod debeat censura à Judice auferri, non verò quòd ea ex se cesset; qualiter verò etiam, dum non absolutè, sed pro determinato tempore fertur, adhuc non tollatur sine absolutione, vide apud Castr. cit. n. 4.

2. Resp. secundò: Potest absolutio à censura fieri

variis modis, nimirum vel simpliciter & absolutè, dum ea conceditur emendato & à contumacia decedente; vel sub conditione aliqua, quæ si respiciat tempus præsens vel præteritum propriè conditio non est, cum non suspendat actum, sed eâ existente valet absolutio, eâ deficiente non tam corrumpit, quam nulla unquam fuit, si respicit tempus futurum, v. g. dum dicitur: Absolvo te ab incurta excommunicatione, quamprimum satisfeceris, suspensa manet, usque dum præstita satisfactio, quâ præstitâ jam absolutio evasit absoluta. Sed neque jure divino neque humano magis irritam aut prohibitam talem absolutionem quam excommunicationem ipsam sub conditione de futuro factam, cum communiteneat Covar. l. c. n. 6. Suar. l. c. d. 7. S. 8. n. 7. Laym. l. c. c. 7. n. 1. Vasq. de excom. d. 18. Castrop. l. c. §. 2. n. 2. citatque ab eo Nav. Cönn. Hurt. modò tamen rationabilis sit causa conditionatè absolventi, cum aliàs talis modus absolventi alienus sit à praxi & usu recepto. His de cætero non obstante, quòd concedi nequeat absolutio Sacramentalis à peccatis sub tali conditione de futuro, siquidem absolutio à peccatis non pendet immediatè à voluntate absolventis, sed remotè quatenus ex illa voluntate apponitur materia & forma Sacramenti à Christo instituta, quibus positis, non potest illorum effectus ex humana voluntate dependere, absolutio autem à censura alijsque poenis immediatè pendet à voluntate absolventis exterius expressâ, ideòque illius effectus suspendi potest. Ita Castrop. l. c. n. 3.

3. Resp. tertio: Est & alius modus absolventi à censura, dictus ad cautelam, quo cavetur damnum, quod ex censura ignota tam censurato quam aliis provenire poterat, & hinc frequenter præmittitur tum absolutioni à peccatis ob vitandam Sacramenti irreverentiam, tum Ordinum receptioni, tum beneficiorum, aliorumque privilegiorum collationi ad vitandam eorum invaliditatem. Hæc absolutio ignorantem censuram petenti absolvi à quacunque censura, si fortè aliquâ ligatus esset, concedenda est. Castrop. n. 4. Hæc si petatur pro foro conscientie factâ promissione de satisfaciendo, ubi constitit adfuisse censuram, concedenda est. Castrop. n. 5. cum Sayr. thes. L. 2. c. 16. n. 19. Si verò in foro externo petatur generatim absolutio à censura, eò quòd petens nullius in particulari suspicionem habeat nullâ præmissâ causæ cognitione, nullâque datâ cautione, ea conceditur. At si alicujus specialis censuræ, de qua habetur suspicio, utique is saltem semiplenè probare debet absolvendus, se illâ censurâ ligatum non esse, vel quia sententia lata de super continet errorem, vel lata post interpositam legitimam appellationem, vel quacunque alia de causa. Abb. in c. Apostolica. de censib. n. 10. Felin. n. 22. Covar. l. c. §. 12. n. 7. Sayr. Ugol. & alii apud Castrop. l. c. Item citandus, ad cujus instantiam excommunicatio lata, item Judex qui eam tulit, si processit ex officio, & si in probatione defecerint, condemnandi, & reus absolvendus. Porrò absolutionem hanc ad cautelam præstare poterit, qui ab ea censura absolutè absolvere potest, an verò cuilibet Judici delegato competat hæc potestas, valde variant AA. ut legere est apud Castrop. l. c.

4. Resp. quartò: Est quoque modus alius absolventi à censura, qui vocatur: ad reincidentiam, eò quòd absolutus in eam iterum incidat, si opus sub censura præceptum non exequatur, utitur hoc modo frequenter Judices in debitis pecuniariis, dum ex consensu creditoris debitorem absolvent ab excommunicatione incurta ob non solum debitum,

im.

imposito præcepto, ut intra tot dies fiat solutio, si minus, eadem censurâ denuo ligetur. Sic etiam absolutus à sede Apostolica ejusve Legato, Nuncio cum mandato comparandi coram Ordinario vel alio, à quo sit penitentiam accepturus, vel cum obligatione parti satisfaciendi, si tale præceptum negligat, reincidit in censuram Castrop. l. c. n. 7. & 8. Fit hæc absolutio ad reincidentiam modo adhuc alio, dum nimirum absolvitur quis pro aliquo tempore absolutè, & pro reliquo tempore sub conditione, v. g. absolvitur quis à Judice ad tres dies ex consensu creditoris & in perpetuum, si intra illos dies debitum solvat. Item alio modo hac absolutio ad reincidentiam absolvitur quis, nimirum in ordine ad aliquem tantum effectum, v. g. ad collationem beneficii alicujus, ad ferendum testimonium, in quo casu absolvi aliquem non à censura, sed ab uno illius effectum, v. g. incapacitate conferendi beneficii, ferendi testimonii, tradit Castrop. n. 12. uti &, quod nullus præter Pontificem uti possit hoc modo absolvi à censura, quia nemini concessum fuit censurâ illius effectum impedire, eum censura suos effectus habeat à pontificia institutione, quam nullus alius à Pontifice mutare possit, excepto tamen unico casu, qui tamen ab ipso Pontifice conceditur ob necessitatem, dum nimirum cuicumque Judici, tam ordinario quam delegato, tamen si potestatem non habeat absolvi à censuris, datum est, ut excommunicatum absolvere possit non absolutè, sed ad effectum dicendi testimonium, quando aliâ viâ veritas cognosci non potest, c. veniens, de testib. juncto c. præterea, de off. jud. deleg. Laym. l. c. c. 7. in fine, Sayr. thes. l. 2. c. 16. n. 15, Castrop. cit. §. 2. n. 2.

Quest. 558. Quâ formâ & ritu concedatur absolutio à censura?

1. **R**esp. primò: Nulla forma in jure desuper præscripta, sed sufficit, quæ voluntatem absolventis declarat, ut si dicatur: ego te absolvo ab excommunicatione &c. imò: absolvo te: si præmissa petitio absolutioni à censura. Ugol. de cens. lib. 1. c. 23. Sayr. thes. l. 2. c. 16. n. 3.

2. **R**esp. secundò: Ligatus pluribus censuris etiam ejusdem rationis, potest absolvi ab una, & non ab alia, secus ac accidit in absolutione à peccatis mortalibus, potest etiam ab omnibus absolvi unâ absolutione, si absolvens habeat eam potestatem & voluntatem, Sayr. l. c. c. 11. à n. 16. quam voluntatem non habere censetur, si unam tantum censuram aperuit penitens, c. cum pro causa, de sent. excom. Abb. ibid. n. 6. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 1. n. 13. Potest fieri verbis & scripturâ, tam in foro exteriori quam conscientie, ut usus probat, quin & eam fieri signis aliis non esse mortale, ait Hurt. d. 14. de excom. diff. 14. quod non credit Castrop. l. c. §. 3. n. 3. maxime in absolutione judiciali, quia adversatur consuetudini receptæ in re gravi. De cætero ritus observandus in absolutione judiciali ab excommunicatione, præscribitur in c. à nobis, de sent. excom. & Pontificali Romano, de quo vide Castrop. l. c. n. 4.

3. **R**esp. tertio: Inter condiciones ad absolvendum à censura, prima est potestas, quæ nemini non Clerico etiam in articulo mortis concessa, Nav. c. 26. n. 26. Covar. l. c. n. 9. Castrop. l. c. n. 5. potestatem hanc habet, cui commissâ absolutio satisfactione non præstitâ, si absolvendus impotens satisfacere præstet cautionem pignoratitiam vel fidejussoriam, aut si hanc præstare nequeat, juratoriam. Vasq. de excom. du. 20. Avil. p. 2. c. 7. du. 8. Sayr. l. 2. thes. c. 17. n. 11. Castrop. n. 6. cum potestas absolvi parte

satisfactâ subintelligitur, in quantum fieri potest servato juris ordine, quem Ordinem quia violat Judex contentus cautione juratoriâ, dum censuratus præstare potest satisfactionem, peccat graviter, Arg. c. 2. de sent. excom. in 6. invalidè quoque absolvit, si est Judex delegatus, quia delegans censendus non est concedere potestatem absolvi contra juris Ordinem & in præjudicium tertii. Ita Vasq. loc. cit. Suar. d. 7. §. 5. n. 42. Cón. d. 14. du. 16. num. 121. cujus contrarium probabile esse docent Hurt. d. 14. diff. §. n. 22. Sanch. Avil. quos sequitur Castrop. l. c. Secunda conditio tenens se quoque ex parte absolventis est libertas à coactione & metu, à quocunque coactio & metus procedat, quod procedit, tamen si Judex sub conditione futura censuram imposuisset, & ante completam conditionem cogere revocare mandatum, ea revocatio nulla esset, Suar. d. 7. §. n. 13. Sayr. l. c. l. 1. c. 21. n. 30. Item procedit in absolutione ab excommunicatione minore. Tertia conditio est, ut absolvens in causa principali non decipiatur, ut dum absolvens fingeret se parti satisfecisse, vel propositum satisfaciendi habere, quod non habet, absolutio, utpote per subreptionem obventa, non valeret. Sayr. l. c. num. 27. Covar. l. c. §. 1. n. 14. Castrop. l. c. n. 8. Quarta ex parte absolventis petitio absolutionis, non quidem ut sine ea absolutio non habeat effectum, sed ut convenienter concedatur; nam cum censura imposita ad correctionem censurati, expedit illum humili postulatione demonstrare, se esse correctum, Arg. c. per tuas, de sent. excom. dum aliâ posset invito concedi. Suar. d. 7. §. 7. Castrop. l. c. n. 9. Sayr. l. c. Denique licet non requiratur, absolvendum esse præsentem Judici absolventi, Nav. c. 26. n. 14. Sylv. v. absolutio 3. n. 9. Henriq. l. 3. de excom. c. 29. n. 1. Castrop. l. c. n. 10. ut tamen sic licet fiat, adesse debet causa urgens, cum sic expediat, tum ad reverentiam censurarum, tum ad majorem humilitatem & cautionem censurati, idem dicendum de absolutione petenda per procuratorem, Sayr. Suar. Nav. Henriq. Castrop. ll. cit. ad quod tamen is habere debet mandatum speciale. Gl. in c. qui ad agendum, de procurator. in 6. v. velpacisci. Ugol. Tab. 1. c. 29. §. 1. n. 3. quin & jurare, se præstaturum omnia, quæ absolvendus præstare deberet, si præsens adesset; ad quod tamen juramentum non eget speciali mandato. Castrop. cit. n. 10.

Quest. 559. Quinam absolvere possint à censuris?

1. **R**esp. Primò: à censuris ab homine specialiter laicis absolvere potest primò: qui eas tulit, nisi sit specialiter interdictum. c. Verbum, de penitentia. dist. 1. c. pastoralis. §. præterea, de Off. Ordinar. D. Thom. 3. p. in additionib. q. 24. a. 1. Suar. d. 7. §. 2. Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 12. num. 2. Laym. l. 1. Sum. tr. §. p. 1. c. 7. n. 2. Abb. in c. prudentiam. §. fin. de Off. delegat. Felin. ibid. n. 19. Sayr. l. 2. thes. c. 20. Nav. c. 27. n. 40. Castrop. l. c. §. 4. num. 1. idque etiam, si reus domicilium suum mutet, adhuc ab eo, qui tulit censuram, absolvi potest, Arg. c. Proposisti, de foro comp. Gl. ibid. v. citatus, mutatione enim domicilii subterfugi nequit jurisdictio auctoris censuræ. Suar. l. c. Sayr. l. c. n. 4. Item, etiam si appellationem interposuerit censuratus, cum per appellationem ferens censuram non priveretur jurisdictione suâ, quod ad ea, quæ appellationi non obstant, qualiter ei non obstat absolutio à censura, sed potius eam juvat, cum sit id, quod appellatione intenditur. c. si à Judice, de appell. in 6. Abb. in c. quaestiones, de appell. num. 7. Suar. cit.

cit. f. 2. n. 32. Dixi autem: *Nisi specialiter fuerit auctori censura interdictum absolvere censuratum*: cujus plures casus enumeratos vide apud Castrop. *loc. cit. num. 4.* Secundò: Absolvere potest Successor in munere & dignitate ferentis censuram, cum censeatur eadem cum prædecessore persona, *can. si Episcopus 11. q. 3.* proceditque id ipsum in Successore Judicis delegati, *c. pastoralis. §. præterea. de off. Ordinar. Laym. cit. c. 7. §. de Successore.* item in Successore ad tempus, ut patet in capitulo sede vacante, quod potest absolvere per Vicarium à se electum excommunicatos etiam ab Episcopo, *c. 3. de suppl. neglig. Prælat. in 6. e. unio. de major. & obed.* Tertio: Superior ferentis censuram, si ejus Superior sit pleno jure, v. g. Papa respectu omnium Ordinariorum, Generalis respectu Provincialium, Provincialis respectu Rectorum, Episcopus respectu sui Vicarii, delegans respectu sui delegati, utpote qui utentes suo jure non irrogant injuriam inferiori, nisi tamen contrarium habeat consuetudo, ut dum regulares Episcopo subiecti suspensi vel excommunicati à suo Prælate in causa concernente religiosam disciplinam nequeunt absolvi ab Episcopo, nisi fortè interposita appellatione, *Gl. in c. quanto. vers. si Prælati. de off. Ordinar. Abb. in c. reprehensibilis. de appell. n. 11.* Idem est in aliquibus Archidiaconis, à quorum latis censuris ex consuetudine & privilegio nequit absolvere Episcopus, uti nec ab eo appellari, nisi ad Archiepiscopum vel Papam, *Arg. c. dilecto. de off. Archid. Sayr. cit. c. 20. n. 16.* nunquam tamen Superior, et si validè posset absolvere, debet censuratos ab inferiore absolvere, nisi priùs satisfactionem plenam exigat, & inferiorem moneat, ne ejus autoritas contemni videatur, *Gl. in c. cum ecclesiarum. v. non relaxes. Abb. in c. dilecto. de off. Archid. n. 7.* Covar. *in c. alma mater. §. 12. n. 3.* Ugol. *de cens. tab. 1. c. 4. §. 1. n. 7.* Castrop. *l. c. n. 6.* Laym. *cit. cap. 7. vers. deinde.* Dixi autem: *Superior pleno jure*: quia quidam Superiores, quia tales non sunt pleno jure, sed in certis casibus, absolutè absolvere nequeunt pro libitu à censuris inferiorum, v. g. Archiepiscopus respectu suffraganeorum, non nisi tempore visitationis, *c. cum ex officiis. de præscript. vel in causa ad ipsum per appellationem devoluta, & tunc vocatis partibus & cognitione causæ præmissâ. Arg. c. Romana. & c. venerabilibus. de sent. excom. in 6.* Porro delegatus cum causæ cognitione absolvere potest à censura lata à delegante, modò delegans privatus non sit jurisdictione. Castrop. *l. c. num. 8.* Sayr. *cit. c. 20. n. 14.* cum communi, delegatus verò, cui absque cognitione causæ potestas ferendi censuras concessa, absolvere nequit, quia necdum tantum ministerium illi delegatum, Laym. *l. c.* Suar. *l. c. n. 8.* Sayr. *l. c. n. 24.* Nav. *c. 27. n. 40.* Et hæc de censura lata specialiter ab homine, de censura enim lata

ab homine generaliter, omnes illi absolvere possunt, qui possunt ab ea absolvere, si lata fuisset à jure, quia ex absolutione talis censura ab aliis facta non turbatur tribunal Judicis ferentis eam, cum reus non fuerit nominatim citatus, & ita docent Covar. *l. c. n. 4.* Sayr. *l. c. n. 2.* Nav. *c. 27. n. 44.* Suar. *l. c. n. 23.* Laym. *l. c. n. 3.* Castrop. *l. c. n. 10.* pluresque apud illum.

2. Resp. secundò: à censura juris, quam author illius, sive sit Episcopus, sive Papa, sibi non referavit, absolvere possunt suos subditos, si habeant jurisdictionem in foro externo, ut Episcopi, Abbates, Guardiani, Rectores, Priores & similes, *Gl. Abb. Felin. Castrop. l. c. §. 5. n. 1.* & Covar. *l. c. n. 4.* Nav. *c. 27. n. 39.* Henrig. *l. 13. c. 27. n. 3.* parochum quoque aliūve Sacerdotem proprium potentem absolvere à peccatis mortalibus à censura non reservata posse absolvere, et si negent *Gl. in c. si Episcopus. de pen. & remiss. v. reservantur. Sayr. thes. L. 2. c. 19. in fine.* Covar. *l. c.* testans esse receptum in praxi & spectatà consuetudine, eò quòd sicut ad excommunicandum, ita etiam ad absolutionem à censura requiritur jurisdictio in foro judiciali, contrarium nihilominus tanquam communis & magis receptum inter Theologos tenent Innocent. *in c. nuper. de sent. excom. n. 6.* Host. *ibid.* D. Thom. *in addit. 3. p. q. 23. a. 2.* Sylv. *v. excom. 1. n. 4.* Valq. *de excom. du. 19.* Suar. *l. c. f. 3.* Avil. *de cens. p. 2. c. 7. d. 1. du. 4.* Hurt. *d. 15. diff. 2.* & plures alii, quos refert & sequitur Castrop. *l. c. num. 3.* Arg. *cit. c. nuper.* ubi dicitur: quod author canonis, si non reservavit sibi absolutionem, eo ipso videatur concessisse relaxationem aliis, neque contrarium probat ratio ab adversariis allata; nam licet parochus hanc ut & potestatem ligandi non habeat vi muneris sui, non tamen probatur, illum eam non habere ex delegatione juris, ut cum Ugol. *cit. c. 10. §. 5. n. 3.* Castrop. *n. 4.* & posse illum eam tanquam muneris suo ex dispositione juris annexam delegare alteri, docent Cón. *d. 14. du. 6. concl. 2. num. 230.* Suar. *l. c.* eamque illi concessam non tantum pro foro interno penitentiali, sed & pro foro externo, utpote quod præcipuè spectant Decreta pontificia, tradunt iidem Ugol. *cit. §. 5.* Suar. *cit. f. 3. n. 19.* Castrop. *l. c.*

3. Resp. tertio: à censura juris reservata auctori illius absolvere nemo potest, nisi ipse author ejusque Successor, Superior, Delegatus. Arg. *cit. c. nuper.* quamvis dentur casus aliqui, in quibus hanc potestatem concessit ipse author canonis, quos relatos vide apud Castrop. *n. 5.* De cætero pro articulo mortis omnibus Sacerdotibus etiam excommunicatis potestatem absolventi ab omni censura sive à jure sive ab homine lata (præstito tamen priùs juramento sistendi se ei, à quo de jure absolventis erat) concessit Trid. *sess. 14. c. 7.*

CAPUT II.

De Censuris in specie, excommunicatione, suspensione, interdicto.

Quest. 560. Quid & quotuplex sit excommunicatio?

1. **R** Esp. ad primum: Est censura ecclesiastica, quæ homo Christianus à communione seu corpore fidelium excluditur, & bonis, quæ illi inter se commu-

nicant, privatur. Dicitur primò: *Censura*, quia censurat & corrigit rebelles & contumaces mediâ plurium bonorum ecclesiasticorum privatione, dumque dicitur: *Corrigit contumaces*, ostenditur, quòd sit pena medicinalis, in quibus quia convenit cum suspensione & interdicto, adeoque in hac definitione fiat loco generis; dum autem quandoque

que fertur in eos, quorum correctio & emendatio non præsumitur, est quasi per accidens, & fit ideo, ne alii communicatione cum illis inficiantur, juxta *c. refecanda, & c. corripiantur, 24. q. 3.* Dicitur: *Ecclesiastica*: quia ab Ecclesia constituta, & non nisi à potestate ecclesiastica infligitur, in quo adhuc convenit cum cæteris censuris, uti & in eo, quod dicitur: *Homo Christianus*, hoc est: baptizatus, cætera stant loco differentie. Per bona verò illa, quibus illa separatione à corpore fidelium privatur, non intelliguntur fides, charitas, gratia, donaque alia supernaturalia, quibus fideles Christo tanquam capiti uniuntur, neque ea opera bona, quæ singuli fideles nomine suo præstant, his enim Ecclesia non privat, nec privare potest, cum illius dispositioni non subdantur, neque illa, quæ excommunicatis etiam denunciatis in eorum emendationem & satisfactionem privatâ intentione & nomine proprio singuli fideles communicare & Deo offerre possunt, ut notant *Avila de cens. c. 6. d. 4. du. 1. concl. 2. Nav. l. c. n. 36. Laym. l. c. p. 2. c. 1. n. 4.* Sed quæ præstantur & offeruntur nomine Ecclesiæ, ut sunt orationes publicæ & suffragia, divina officia, usus passivus Sacramentorum, in quibus participant & communicant fideles, non excommunicant inter se, item bona, quæ percipiuntur ex convictu purè externo, puta, ex colloquiis, contractibus, commerciis. *Castrop. tr. 29. d. 2. p. 1. n. 3.* Porro excommunicatio etsi præcisè & in rigore significet separationem à communi usu, sæpe tamen venit nomine anathematis tanquam execrabile & maledictum quid vitandum, & quamvis fumatur ad distinctionem excommunicationis minoris, ut *Covar. l. c. num. 6. Suar. l. c. d. 8. f. 2. n. 9. Sayr. l. c. c. 3. n. 6.* lumitur tamen ad significandam excommunicationem majorem, ac præcipuè incurtam ob hæresim vel illius suspensionem, utpote omnimodam & præcipuam ab Ecclesia separationem, juxta *Trid. sess. 25. c. 3. de reform.* & textum *c. cum non ab homine. de judicis*, item ad significandas certas quasdam excommunicationis solennitates, juxta textum *c. debent. 11. q. 3.*

2. Resp. ad secundum: Excommunicatio sic declarata dividitur primò: In majorem, quæ privat activâ Sacramentorum administratione, & passivâ receptione & suffragiis Ecclesiæ & communione fidelium. Et minorem, quæ privat solâ passivâ receptione Sacramentorum. Et hinc licet hæc excommunicatio sit verè & propriè excommunicatio, prolata tamen absolute excommunicatio semper de majore intelligitur, ut expressè definitur *c. si quem. penult. de excom.* Secundò: Dividitur in latam à jure, durans in perpetuum; & in latam ab homine, durans solum, dum is vivit, & in officio perseverat. Et hæc in generalem & specialem; utraque in eam, quæ est latæ sententiæ, & quæ est sententiæ ferendæ, juxta ea, quæ dicta sunt suprâ de censura in genere, ubi & qui excommunicare & excommunicari possint, & quomodo infligenda excommunicatio, quæ omnia complectitur *Castrop. loc. cit. p. 3.*

Quest. 561. Qui excommunicati vitandi, & qui non?

1. Resp. primò: Supposito tanquam certo, nullam peccatore iure divino prohibitum esse communicare cum alio fidele, neque hunc communicare cum peccatore, adeoque, etsi potestas excommunicandi concessa sit Ecclesiæ à Christo, institutionem tamen excommunicationis ortum ha-

bere à sola Ecclesia, ne aliàs, si esset juris divini, Ecclesia nihil quò ad excommunicationem extendere aut restringere posset. *Castrop. l. c. p. 4. n. 2.* Ex qua institutione Ecclesiæ excommunicati alii sunt tolerati, id est, quòd nullus fidelium eos vitare prohibeatur, sed cum illis, sicut cum aliis, tam in divinis, quàm humanis & politicis communionem & commercium habere liberè possit, quamvis ipsi, dum obstinati manent, communionem, quantum est in illis, vitare & nullatenus se in eam ingerere debeant, nisi à fidelibus aliis ad hoc requirantur. Alii sunt vitandi, ita ut non tantum ipsi omnem cum aliis communionem, sed & alii cum iis ipsis vitare teneantur. His suppositis

2. Resp. secundò: Olim seu jure antiquo excommunicati omnes excommunicatione majore publici quidem, seu notorii publicè, occulti verò occultè vitandi ab omnibus fidelibus, *Arg. c. cum non ab homine. h. t.* hodie tamen post Concilium Constantiense celebratum circa annum 1444. sub Martino V. nullus excommunicatus ex quacunque causa à fidelibus necessariò vitandus, nisi fit excommunicatus specialiter & nominatim quò ad personam à Judice ecclesiastico publicè denunciatus, vel nisi sit notorius percussor Clerici, & propterea excommunicationi canonis: *Si quis suadente diabolo Ec.* subiectus, ut constat ex *constit. Martini V.* quæ incipit: *Ad evitandam*, quæ licet non reperitur in Tomis Conciliorum, refertur tamen à *Nav. c. 27. n. 25. Gutt. l. 1. q. Canon. c. 1. n. 1. Sayr. l. c. c. 12. n. 6.* cujus tenorem recitat *Castrop. l. c. n. 3.* eamque esse majoris longè autoritatis quàm constitutionem Concilii Basiliensis autoritate omni destituti, utpote acephalum, & hoc Concilium in Concilio Lateranensi sub Leone X. Sess. 11. dicitur: Conciliabulum, quod in multis erravit, & cujus decreta plura revocavit Eugenius IV. ac proinde sine ulla moderatione tenendam docent *Sayr. l. c. n. 9. Suar. d. 9. f. 2. n. 5. Gutt. l. c. n. 14. Laym. l. c. p. 2. c. 4. n. 2. Castrop. l. c. n. 5.* relatis insuper aliis.

3. Resp. tertio: Quod itaque spectat percussorem Clerici, etsi is etiam non denunciatus vitandus sit, requiritur tamen ad vitandem illius, ut facta ab eo percussio notoria sit, tam ex facto quam ex jure, *Castrop. l. c.* notorium verò percussorem censendum non esse respectu cujuscunque, cui certò de percussione constaret, ut docet *Suar. d. 7. f. 2. n. 3.* sed ad notoritatem, reddentem percussorem Clerici excommunicatum vitandum requiri, ut percussio commissa sit coram majore parte populi, viciniae, vel communitatis, in qua ad minus sint decem, & quibus constet nullo suffragio nullave excusatione percussoris injuriam celari posse, ita ut percussio facta coram duobus vel tribus testibus, etsi nota sit, & in judicio probabilis, non tamen notoria simpliciter, prout exigit Concilium Constantiense, verius sentiunt *Laym. Castrop. l. cit. Hurt. d. 2. de excom. diff. 3. n. 10. Con. d. 14. du. 2. n. 11. Nav. c. 25. n. 75. Ec.* De cætero solam famam de percussione Clerici vel excommunicationis denunciatione sufficere ad vitandem excommunicati, si fama orta à fide dignis plenè & integrè probata, quia præstat moralem certitudinem, quæ videretur in his rebus sufficiens. *Arg. c. illud. de Cler. excom. ministr. & Abb. ibid. tradunt Nav. c. 27. n. 25. Covar. l. c. p. 2. n. 4. Sayr. l. c. n. 22. Laym. loc. cit. Castrop. cit. p. 4. n. 7.* Porro tamen si probabile sit, posse quoque excommunicatum denunciatum & notorium percussorem Clerici manifestum in uno loco vitari ubi vis etiam publicè, quia excommunicatio

catio jure vel facto publica in uno loco absolute publica est, & ut satis probari potest, adeoque tribuit fidelibus potestatem vitandi talem excommunicatum, ut etiam probabile est, quod, ut docent Henricus, l. 13. c. 24. n. 1. Valq. de excom. du. 8. num. 2. Filliuc. tr. 13. c. 3. q. 7. n. 49. fideles teneantur eum vitare, cum Concilium Constantiense precipiat vitare excommunicatum denunciatum & manifestum Clerici percussorem, neque id restringat ad locum denunciationis vel percussoris, nihilominus Castrop. n. 8. ut ait, verius existimat cum citatis à se Sanch. l. 2. in decal. c. 11. n. 20. Avil. de cens. p. 2. c. 6. d. 11. du. 12. Duran. in 4. dist. 18. q. 5. in fine. fideles liberos esse in hoc ab obligatione illa vitandi tales excommunicatos, eò quod excommunicatus in uno loco non sit censendus publicatus in alio, cum, esto, denunciatio afficiat personam, id tamen intelligendum respectu eorum, quibus denunciatur, seu in quorum notitiam devenire potest denunciatio.

Quæst. 562. In quibus rebus cum excommunicatis toleratis communicare possint non excommunicati?

RElponf. Licetum est cum excommunicatis toleratis, id est, non denunciatis, nec notoriis percussoribus Clerici communicare in politicis, ac si excommunicati non essent, adeoque etiam extra casum urgentis necessitatis, quia in *Extrav. ad evitandam*: permittitur fidelibus, Cönnick. d. 14. du. 3. concl. 1. Hurt. de excomm. d. 2. diff. 4. Castrop. l. c. p. 5. num. 2. cum communi, licitum quoque est cum illis communicare in divinis, dummodo ad hoc non inducantur, siue non sint causa illius communicationis, Cönn. l. c. concl. 2. Laym. l. c. c. 4. n. 5. sic potes assistere tali excommunicato sacrificanti, & permittere, ut is tibi sacrificanti assistat, cum non sis causa peccati, quod ille committit; sic quoque licitum est inducere excommunicatum, ut is coram te celebret, & Sacramentum tibi ministrat, officium divinum tecum recitet, si urgeat necessitas, vel specialis utilitas, qualis esset, si non reperiri alius, qui æquè bene tibi præter hæc beneficia, Cönn. l. c. du. 5. concl. 3. Castrop. num. 3. non enim peccat communicando cum illis excommunicatis, quia id non est prohibitum, neque inducendo ad peccatum, quia non inducis illos ad iniquam Sacramentorum administrationem, cum postules illam secundum se, quæ per se licitè fieri potest ab excommunicato tolerato stante necessitate vel utilitate perentis. Sed neque esse illicitum inducere citra necessitatem excommunicatum toleratum ad Sacramenta ministranda aliæque similia præstanda, probabilius docent Sanch. de matr. L. 7. d. 9. n. 8. Sayr. l. c. num. 10. Henricus. L. 14. c. 6. Hurt. l. c. Filliuc. tr. 11. c. 3. & 4. quos citat & sequitur Castrop. l. c. n. 5. contra Suar. d. 2. S. 4. n. 10. Laym. l. c. num. 5. Pontium de mat. L. 5. c. 18. §. 9. Cönn. l. c. docentes id non licere, non quia peccatur contra præceptum censuræ, sed contra religionem vel Charitatem inducendo excommunicatum ad actum, quem posita censurâ exercere non potest. Ratio verò nostræ responsionis est, quod Concilium Constantiense concesserit fidelibus potestatem communicandi cum excommunicatis non denunciatis, sed toleratis, tam in divinis quàm humanis quæ facultas frustranea & inutilis esset, si virtute religionis vel charitatis ab ea communione arceri deberent, unde jam excommunicati tolerati nullo modo privantur potestate exercendi actus, qui in fide-

lium utilitatem cedere possunt, nimirum Judex potestatem judicandi, Prælatus potestatem dispensandi, conferendi beneficia, absolvendi à censuris & peccatis; cum enim permiffum sit subditis hæc petere à Superiore excommunicato, necesse est illum posse ea illis concedere, Castrop. cit. p. 5. n. 6.

Quæst. 563. In quibus casibus visitari debeant excommunicati publice & nominatim denunciati & notorii percussores clericorum?

REsp. Hos potissimum contineri in c. excommunicatos 11. q. 3. & ex eo probari esse illicitos, suntque sequentes hoc versiculo comprehensi.

Os, orare, vale, communico, mensa negatur, Per os intelligitur collocutio & discursus cum tali excommunicato etiam per literas, internuncium aliæque similia signa, similiter per particulam hanc prohibentur oscula, amplexus & similia signa amicitia, nec non receptio munerum. Reiffenst. h. t. n. 142. ex Bonac. Tom. 1. d. 2. de excomm. p. 6. c. 2.

2. Per orare prohibetur omnis communicatio cum illis in sacris & divinis, puta, in precibus publicis, non tamen privatim pro illis factis, processionibus, missis cum illis auditis aut coram illis celebratis, unde si excommunicatus talis missâ jam inchoatâ eam auditurus ingrediatur Ecclesiam, moneri potest ac debet, ut exeat, & quod si exire recuserit, novam excommunicationem Papæ reservatam incurrit. Clem. 2. h. t. potestque per vim expelli, si autem nec hoc fieri possit, fortè ob potentiam ejus, erunt Officia divina, præsertim missa, omittenda, modò Sacerdos necdum venerit ad canonem, vel ut alii, ad consecrationem, tunc enim oportebit eum pergere, usque ad sumptionem, ne sacrificium maneat incompletum, peractâ autem sumptione Calicis Sacerdos debet discedere & reliqua peragere in Sacristia, vel penitus omittere, si talis non sit locus, ceteri fideles, excepto ministro altaris, statim post excommunicatum monitum, ut exeat, intelledoque illum non velle exire, nec posse expelli, debent discedere, alioquin participarent cum excommunicato in divinis, & excommunicationem saltem minorem incurrerent. Bonac. l. c. p. 3. §. 1. n. 3. Reiffenst. n. 144.

3. Per vale prohibetur & intelligitur omnis honorifica salutatio etiam verbis facta.

4. Per tò: *communico* quævis conversatio & communicatio politica in contractibus, judiciis, laboribus, exercitiis, ita ut nullatenus licitum sit cum excommunicato inire contractum, stare cum eo in judicio, collaborare, seu idem cum illo opus facere.

5. Per tò: *mensa*, communicatio in conviviis in sumendo cibo & potu, ita ut licitum non sit comedere ac bibere cum excommunicato vitando, etiam si is sit cum aliis in eadem domo, collegio, convictu, monasterio, peccatur proinde in his omnibus conversando cum excommunicato, & quidem mortaliter, si communicatio sit notabilis, vel in divinis publicè celebratis; si verò sit in politicis, tantum venialiter, ut Bonac. l. c. p. 6. n. 5. Nav. c. 27. num. 29. Item Clericus communicando in his cum excommunicato à Papa per sententiam nominatim & publicè denunciato, incurrit præter peccatum excommunicationem majorem, laicus verò minorem, Sylv. V. excommunicatio §. n. 22. Barb. in c. Significavit. h. t. n. 2. Gonzal. ibid. n. 4. Reiffenst. l. c. ac denique communicans cum excommunicato in

crimine criminoso, id est cooperans crimini & contumacia, propter quod lata est in aliquem excommunicatione, praebendo ei auxilium, consilium, favorem, incurrit praeter peccatum mortale excommunicationem majorem, Reiffenst. n. 149. juxta communem.

Quest. 564. An & in quibus casibus licitum communicare cum excommunicatis vitandis?

Resp. Plures hujusmodi sunt causae & casus, qui specificantur in *can. multos* 11. q. 3. comprehendit hoc versiculo.

Utile, lex, humile, res ignorata, necesse.

1. Prima itaque causa, ob quam communicare licitum cum excommunicato denunciato & notorio percussore Clerici, denotata per *rd: utile*, est utilitas tum spiritualis tum temporalis tam excommunicati quam communicantis, sic enim ob spiritualem utilitatem licet eum verbis ac factis ad conversionem & resipiscentiam cumque eo agere de iis, quae pertinent ad eius absolutionem, juxta *c. ex voluntate, h. t.* licet communicanti ab eo petere instructionem spiritualem & consilium, si non est alius, à quo aequè bene eam accipere possit, quia tamen regulariter lectio Theologica non videtur esse ita necessaria & utilis spirituali audientis salutari, docent plures, ut *Con. d. 11. du. 12. n. 122.* *Hurt. d. 9. diff. 4. n. 18.* *Avil. p. 2. c. 6. d. 11. du. 3. concl. 8.* *Laym. l. 1. Sum. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 16.* *Castrop. tr. 29. d. 2. p. 19. n. 2.* contra Sotum & Sayr. tenentes communicationem se non extendere ad tradendam excommunicato, aut ab eo audiendam Theologiam, multoque minus licitum audire confectionem excommunicati ob scandalum, *Castrop. l. c.* sic ob utilitatem temporalem communicantis licet illi ab excommunicato petere & recipere elemosynam, exigere ab eo debitum, *c. si vero, h. t.* convenire eum in iudicio, *c. intelleximus, de iudiciis* ab eodem Medico, Advocato, aut aliis experto medicinae vel consilium petere dum non est alius, qui aequè utiliter consulere potest. *Laym. l. c.* *Bonac. l. c. q. 2. p. 6. §. 2. à n. 9.* *Avil. d. 11. n. 2.*

2. Secunda causa per *rd: lex* indicata est lex matrimonii, vi cuius potest uxor communicare cum marito excommunicato denunciato, non tantum quod ad thorum & cohabitationem, seu spectantibus ad exigendum & reddendum debitum, sed & in aliis, puta colloquiis familiaribus, mensa, gubernatione domus *Arg. can. Quoniam multos. 11. q. 3. juncto. c. inter alia h. t.* sic vice versa in iis communicare potest vit cum uxore excommunicata, ut cum communi *D. Thom. in addit. ad 3. p. q. 23. a. 2.* *Suar. d. 15. S. 4. n. 14.* *Vasq. de excom. du. 9. n. 3.* *Bonac. d. 2. de excom. q. 2. p. 6. §. 2. n. 24.* *Sanch. l. 9. de mat. d. 13. n. 26.* *Laym. l. c.* *Con. l. c. n. 123.* *Castrop. l. c. n. 5.* citatis plurimis aliis ex ea ratione, quod dispositum in uno correlativo, censetur quoque dispositum in alio, ubi eadem est ratio, qualis est in praesenti, nempe periculum animarum & incontinentiae, quod in utroque conjuge aequè procedit, unde in hoc casu aequè viro excommunicato unor non excommunicata reddere debet debitum, quam maritus non excommunicatus uxori excommunicatae, *Con. Laym. l. c.* *Suar. l. c. num. 2.* *Castrop. l. c. n. 7.* quae tamen intelligenda de marito & uxore excommunicatis ob aliam causam, quam matrimonii, eò quod, si excommunicati ob matrimonium contractum cum probabili impedimento dirimente, nequaquam licita esset communicatio, quia esset participatio in scelere, ob quod la-

R. P. Leurr. Jur. Can. Lib. V.

ta excommunicatio, *Sylv. v. excomm. §. n. 4.* *Ugol. tab. 2. de cens. c. 23. §. 6. n. 4.* *Sanch. l. c.* *Con. l. c. n. 133.* *Laym. l. c. n. 16.* *Castrop. l. c. n. 8.*

3. Tertia causa designata per *rd: humile*, est subiectio, vi cuius liberi cum parentibus excommunicatis, servi & subditi cum Dominis & Superioribus, milites cum Ducibus belli communicare non prohibentur, *Arg. can. quoniam multos, 11. q. 3.* uti etiam è contra parentes, domini superiores cum liberis, servis & subditis. Circa quae notanda sequentia; primò: quod respectu parentum comprehendantur in hac constitutione favorabili filii etiam naturales & adoptivi, item nepotes & pronepotes, affines; uti gener, nurus, privignus & privigna, pupilli & minores respectu tutoris & curatoris. *L. filii L. liberorum, ff. de V. S. L. Adoptivum, ff. de in jus. voc. Suar. d. 15. S. 5. à n. 3.* *Sayr. de excom. L. 2. c. 14. n. 10.* *Castrop. n. 9.* cum communi. Comprehenduntur quoque fati probabiliter filii emancipati, cum verè sint filii & patri subiecti, ratione cuius filiationis & subiectionis debita obligati sunt communicare cum patre, & ita docent *Suar. l. c.* *Ugol. l. c. §. 7.* *Reginald. lib. 32. n. 109.* *Hurt. l. c. d. 9. diff. 4. n. 2.* *Bonac. l. c. n. 28.* *Castrop. n. 10.* contrarium non minus probabiliter docente *Sayr. l. c. c. 14. n. 10.* Saltem si non habitent cum parentibus; cum *c. quoniam multos*: concedatur filiis haec communicatio, quia illis necessaria ob communem cum parentibus habitationem & receptionem alimentorum, quae cessant in emancipatis. Secundo: respectu dominorum ab excommunicatione ob communicationem cum iis excusantur non tantum propriè servi seu mancipia, de quibus id constat *ex cu. c. quoniam multos*: & ut certum docent *Ugol. l. c. §. 8.* *Suar. l. c. à n. 12.* *Sayr. l. c. n. 14.* *Castrop. n. 11.* sed etiam interservientes alicui, sive gratis, sive ex pretio, etsi rustici sint, ut *Ugol. Sayr. Nav. Avila. l. cit.* An verò fruatur hoc privilegio tales servientes, si domino jam excommunicato suas operas addixerint, controversatur, negant *Suar. d. 15. S. 5. n. 13.* *Ugol. Sayr. Avil. apud Castrop. n. 13.* *Arg. c. inter alia de sent. excom.* Ubi conceditur famulis communicatio cum dominis, si ante eorum excommunicationem suas operas locarint & subiectionem contraxerint. Et quia aliàs tempore excommunicationis contracta subiectio esset iniqua, At si famuli sine ulla sua culpa servitia addixerint domino jam excommunicato, v. g. quia ignorabant illum excommunicatum, vel quia ob necessitatem urgentem ei excommunicato locarunt operas suas, possunt in famulatu permanere, ac si ante excommunicationem eidem subiecti essent, cum enim nullam culpam admiserint in additione famulatus & subiectionis, non debent communicatione cum illo, aliis famulis concessa, privari *Suar. l. c.* *Laym. l. c. L. 1. Sum. tr. 5. p. 2. c. 2. n. 17.* *Con. d. 14. du. 12. n. 127.* *Castrop. num. 14.* quin etiam si subiectionem culpabiliter contraxerint cum dominis excommunicatis, etsi quidam negent, posse illos communicare cum illis, dicantque esse sententiam communem, contrarium tamen esse probabilissimum, asserunt *Con. cit. du. 12. n. 28.* *Bonac. l. c. n. 33.* imò *Castrop. n. 15.* dicit, se iudicare illud certissimum, si sine gravi suo damno non possint recedere à famulatu, tum quia lex Ecclesiastica non solet cum tanto damno subditorum inducere obligationem, tum quia *c. quoniam multos*; liberam facultatem concessit omnibus famulis communicandi cum dominis suis excommunicatis absque eo, quod id restrinxerit ad eos, qui ante excommunicationem subiectionem

Q9

COM

contraxerunt. Ad hæc tamen famuli contrahentes subjectionem cum jam excommunicatis iniquè egerint, contractus tamen sit validus, adeoque, cum obligatio famularum non elidatur per præsentem excommunicationem, sequatur manifestè famulos ad prædictam communicationem teneri. His non obstante, quod nemo possit se obligare directè ad communicandum cum excommunicato, quia esset obligatio ad id, quod per legem excommunicationis prohibitum est; nam talis famulus potest se obligare ad hoc indirectè, si ex obligatione alterius permisi contractus hæc obligatio subsequitur, Castrop. cit. n. 15. Item excusatur à communicando cum excommunicata tota familia excommunicati, juxta textum clarum c. Si verò, h. t. Sayr. l. c. c. 14. n. 16. Castrop. l. c. n. 16. quia familiares omnes sine gravi damno à consortio illius abstinere non possunt. Item Clerici, qui sunt in famulatu Episcopi, secus si extra ejus familiam morantur, ita Arg. c. miratus. 93. dist. & c. ult. de excess. Pralat. Suar. d. 15. S. 7. Avil. de cens. p. 2. c. 6. d. 11. du. 8. Sayr. l. c. num. 17. Henriq. lib. 13. c. 7. Castrop. n. 17. Item religiosi cum suis superioribus excommunicatis, utpote iis strictius subiecti quam famuli, à qua subjectione recedere non valent, Suar. l. c. n. 2. Sayr. l. c. n. 18. Bonac. l. c. §. 2. n. 26. alique apud Castrop. n. 18. Item milites à communicatione cum suo duce excommunicato, quia sunt verè famuli, & Duci subiecti. Sylv. v. excomm. §. n. 4. Sayr. l. c. c. 14. n. 9. Castrop. num. 19. Bonac. &c. Item etsi Vasallos non excusari à communicatione cum dominis, quia non sunt famuli, aut de familia eorum, probabilius doceant Bonac. l. c. §. 2. n. 40. Hurt. d. 9. diff. 4. n. 15. Castrop. n. 20. videatur que id ipsum decidi in c. Sanctorum. 15. num. 6. probabile tamen quoque videtur contrarium, eò quod per excommunicationem domini non amittatur dominium, ut Suar. d. 15. S. 6. n. 5. Bonac. l. c. Filliuc. tr. 13. c. 6. q. 9. Ugol. l. c. §. 9. & consequenter non eximantur à domino fidelitatis, sed possint & debeant domino præcipienti obedire & tributa solvere, & hæc ratione cum domino communicare. Porro dicti omnes tam in divinis quam in humanis communicare possunt cum personis, quibus subjiuntur, v. g. servi comitari dominos ad audiendum sacrum, horas cum illis recitare. Suar. l. c. n. 22. Sa. v. excommunicatio. n. 45. Laym. l. c. n. 17. Sanch. de mat. l. 9. d. 14. n. 5. Castrop. l. c. n. 22. qui tamen addit, hanc communicationem extendi non debere ad ministracionem & receptionem Sacramentorum, cum hæc non competant servis ratione famularum.

4. Quarta causa excusans à communicatione cum excommunicato notata per rō res ignorata, est ignorantia excommunicationis, intellige quælibet, sive sit ignorantia juris, sive facti, etiam vincibilis & culpabilis, modò non sit crassa & affectata, ut rectius Suar. d. 15. S. 3. n. 3. Cōn. d. 14. du. 12. n. 124. Hurt. d. 9. de excomm. diff. 44. num. 26. Castrop. n. 24. eò quod, si Pontifex cit. c. quoniam multos, intenderet excipere solos ignorantes invincibiliter, nullum favorem exhiberet, cum illi ipso jure naturali à culpa & pœna immunes sint communicando cum excommunicato; unde ut quis à communicatione excommunicati teneatur abstinere, debet illi moraliter certò constare, illum esse excommunicatum vitandum, cum stante de hoc vel de denunciatione dubio iniquè judicatur quis excommunicatus esse. Nav. c. 27. n. 27. Suar. l. c. n. 4. Sanch. l. 1. in decal. n. 69. Bonac. l. c. §. 2. n. 42. Laym. l. c. §. 2. in fine. Castrop. n. 25. Hanc verò certi-

tudinem præstat fama publica à viris fide dignis orta, Sayr. Sanch. Hurt. Avila, Covar. apud Castrop. n. 26. Item testimonium duorum vel trium afferentium aliquem excommunicatum denunciatum esse. Item testimonium Parochi ostensis literis excommunicationis & denunciationis, Sylv. v. excomm. §. n. 28. Sanch. de mat. l. 2. d. 93. n. 36. Bonac. l. c. n. 47. Castrop. l. c. secus verò, si Parochus id solum ore tenus affirmaret, quia uni testi, quantumcunque fide digno, etsi possim, non tamen teneor credere. Arg. c. de nobis. de testib. De cætero agnitus ut excommunicatus vitandus in dubio præsumi non debet absolutus, cum absolutio sit quid facti, quod in dubio non præsumitur, sed debet probari, Sylv. v. excomm. §. n. 26. Suar. l. c. n. 7. Laym. cit. c. 2. n. 18. probatur autem absolutio sufficienter tum famâ publicâ, tum testimonio viri digni, etiam ipsius excommunicati, dum aliis ei prudenter credi potest, præsertim, si in longo tempore se ut absolutum gessit. Nav. Suar. Bonac. l. cit.

5. Quinta causâ significatâ per rō necesse: tollitur prohibitio communicandi cum excommunicato, ut constat ex c. quoniam multos. & c. inter alia, h. t. dum necessitas communicandi cum eo gravis est, sive sit spiritualis, sive temporalis, sive ex parte communicantis, sive ex parte excommunicati, sicut cum communi Suar. l. c. S. 3. à n. 8. Sayr. l. c. c. 14. à n. 29. Hurt. cit. diff. 4. in fine. Castrop. l. c. n. 28. quæ tamen communicationis permissio cessat, si quis æquè bene à non excommunicato subsidium spirituale vel temporale sibi necessarium obtinere potest. Castrop. cit. n. 28. citatis aliis.

Quæst. 565. Quinam sint effectus excommunicationis majoris?

1. Resp. Sunt fere sequentes; primus: privatio usus Sacramentorum tam activi quam passivi, c. Cum illorum. h. t. c. fin. de Cler. excomm. minist. ita ut si excommunicatus etiam toleratus quodeunque Sacramentum extra necessitatem perciperet, peccaret mortaliter, quia ageret in re gravi contra præceptum Ecclesiæ, à qua tamen culpa excusaretur ob periculum mortis, mutilationis, infamiae, gravis jacturæ bonorum, quod alias incurreret ex non perceptione Sacramentorum, ut Castrop. tr. 29. d. 2. p. 7. n. 1. Cum communi D. D. quia lex Ecclesiastica non censetur ira rigidè obligare, valeret interim talis perceptio absque tali necessitate facta, cum valor Sacramentorum non pendeat ex voluntate Ecclesiæ, sed ex institutione Christi, quæ optimè stat cum iniqua recipientis perceptione, ita Suar. de cens. d. 10. S. 3. n. 1. Vasq. de excomm. du. 4. Avil. p. 2. c. 6. d. 3. du. 4. Laym. l. c. c. 2. n. 1. Castrop. l. c. n. 2. &c. Excipitur tamen receptio Sacramenti pœnitentiæ, quæ, quia pro materia proxima requirit rectam pœnitentiæ dispositionem, eâ deficiente nequit subsistere; deficeret autem, si pœnitens malitiosè reticeret censuram, vel vellet sine gravi causa absolvi à peccatis, antequam esset absolutus à censura. Ita Castrop. l. c. cum citatis AA. De cætero excommunicatus vitandus illicitè recipiens aliquod Sacramentum, nullam incurrit pœnam excepto Sacramento Ordinis, ob ejus receptionem ab exercitio Ordinis suscepti suspenditur & incurrit irregularitatem, c. Cum illorum. de Senr. excomm. Suar. l. c. S. 3. n. 6. Castrop. l. c. n. 6. Cōn. d. 14. du. 5. n. 32. cum communi.

2. Secundus effectus est: privatio communium Ecclesiæ suffragiorum, c. Sacris. h. t. ita ut pro excommunicatis saltem vitandis ministri Ecclesiæ Sacramenta & orationes quascunque Ecclesiæ nomine

extra feriam sextam paraceves offerendo graviter peccent, illicitè quoque ea offerri pro excommunicatis toleratis docent Covar. in c. alma mater. p. 1. §. 6. n. 4. Bellarm. de missa l. 2. c. 6. Suar. d. 9. S. 2. n. 16. An verò pro illis contritis, & quando per illos non fiat, quò minùs abfolverentur ab excommunicatione, offerri possint suffragia dicta, controvertitur; affirmant Covar. l. c. Sayr. thes. l. 2. c. 4. n. 5. Henriq. l. c. de missa c. 15. n. 3. Navar. de orat. & hor. can. c. 19. n. 68. & alii, eò quòd credendum non sit, Ecclesiam velle privare contritos & pœnitentes his subsidiis, cum solùm, ut à contumacia recederent, pœnam excommunicationis infligerit. Negant è contra Sotus in 4. dist. 2. q. 1. a. 1. §. atamen. Suar. d. 8. S. 3. Laym. l. c. c. 2. n. 4. Hurt. d. 2. de excom. diff. 5. & alii, quos citat & sequitur Castrop. l. c. p. 6. num. 8. ex ea ratione, quòd excommunicatus, etsi sit contritus & contumaciæ eum pœniteat, non excutiat excommunicationem, utpote quæ non pœnitentiâ, sed absolutiõne tollitur, perseverante autem excommunicatione perseveret ejusdem effectus. In eo pariter controvertunt AA. num orationes publicæ & sacrificia offerri possint pro excommunicatis toleratis. Negant Sotus l. c. a. 4. concl. 2. Covar. l. c. Valq. l. c. du. 2. Bellarm. de missa. l. 2. c. 6. Suar. d. 9. S. 2. n. 4. & alii, eò quòd in Extrav. ad evitanda. permittatur communicare cum excommunicatis non denunciatis in iis, quæ in utilitatem fidelium cedere possunt, quia in favorem illorum lata fuit ista constitutio; in favorem autem & utilitatem offerentium orationes publicas & sacrificia pro excommunicatis ea non cedunt. Ad hæc Idem Concilium expressit, se nolle per illam communionem permissam cum excommunicatis favere illis, maximè autem favere illis permittendo communionem orationum & sacrificiorum, nihilominus contrarium probabilis censet Castrop. n. 10. citatis Ugol. Sayro, Hurt. Cõn. eò quòd, idem Concilium Constantiense permiserit communicare cum excommunicatis etiam vitandis, etiam in divinis ob favorem, ex ea ratione, ne agerentur scrupulis, dubitando, an hi vel illi excommunicati vel vitandi sint. Ad hæc fideles ob illas oblationes accipere possint stipendia & speciale meritum, adeoque dici non possit illas non cedere in utilitatem eorum.

3. Tertius effectus est: privatio sepulturæ Ecclesiasticæ, c. Sacris, & Clem. 1. de sepult. c. consulti. de consecrat. Eccles. eò quòd, ut dicitur c. Sacris. quibus non communicamus vivis, non debemus communicare defunctis. Extenditur hæc privatio ad excommunicatos etiam toleratos, nisi exhibitis signis contritionis decesserint, cum enim excommunicatio inflicta ob peccatum mortale, decessenti sine pœnitentiæ signis Ecclesiastica sepultura concedi non debet, quia sic decessens regno cælesti exclusus, & suffragiorum Ecclesiæ incapax est, si verò excommunicatus non toleratus pœnitens decessit, ante sepulturam absolvendus fuit, at si impœnitenter decessit, extra locum sacrum sepeliendus est absque aliqua pompa funerali, hoc est, absque Clerico rum cantu & honorifico comitatu, ita ut peccent mortaliter Clerici, qui more Ecclesiastico canentes funus excommunicati denunciati deducerent, ut etiam læculares difficulter à mortali exculandos, saltem ob scandalum, ait Castrop. l. c. n. 13. si autem in loco sacro sepultus est exhumandus est, si ab aliis fidelium corporibus discerni potest, & locus sacer, quia tali sepulturâ pollutus, & incapax factus, ne ibi divina officia celebrentur, aut corpus fidelis alicujus ibidè sepeliatur, reconciliari debet, prout hæc omnia

P. R. Lehr. Jur. Can. Lib. V.

traduntur in c. Consulisti de consecrat. Ecclesia. c. univ. co. tu. eod. in 6. c. à nobis. & c. Sacris. de Sent. excom. Porro quinam veniant nomine sepelientium & num & quæ pœnæ extendantur ad eos, qui talem excommunicatum sepeliunt, vide apud Castrop. cit. p. 6. n. 15.

4. Quartus effectus est inhabilitas ad dignitates, beneficia & officia Ecclesiastica quæcunque obtinenda (puta Legati, Delegati, Inquisitoris, Administratoris Episcopatus, Vicarii generalis, Episcopi, Provincialis, Generalis, Rectoris, Guardiani Ordinum, Castrop. l. c. n. 9. citatis plurimis) ita ut, licet aliàs excommunicatus sit toleratus, passiva ejus electio, præsentatio, nominatio, collatio sit irrita, c. postulasti, de Cler. excom. ministr. Covar. l. c. p. 1. §. 7. n. 1. Suar. d. 13. S. 2. num. 1. Garc. de benef. l. 7. c. 13. n. 1. Castrop. l. c. p. 10. n. 1. Nav. c. 27. num. 21. Cum prorsus communi citatis plurimis aliis, quia excommunicato prohibitum est officium divinum, propter quod, & non nisi ejus capacibus datur beneficium; beneficio tamen jam possessio non privatur, potestque ante excommunicationem collati beneficii jam excommunicatus capere possessionem. Extenditur responsio ad quamcunque beneficii acquisitionem, sive ea fiat causâ permutationis, sive resignationis, Garc. l. c. n. 15. Azor. p. 2. l. 6. c. 7. q. 8. Covar. l. c. n. 2. ita tamen, ut excommunicatio adesse debeat tempore, quo beneficium permutatum vel resignatum confertur, cum, si tunc absolutus est ab ea, valida est ejus acquisitio tempore, quo permutabatur vel resignabatur, esset excommunicatus, Castrop. l. c. n. 2. cum Garc. l. c. n. 19. Item extenditur, etiam si excommunicatus esset ignarus suæ excommunicationis, etsi enim ignorantia excuset à culpa, non tamen tollit inhabilitatem proveniente à censura; & ita tenent Garc. l. c. n. 9. Suar. d. 13. S. 2. n. 3. Covar. l. c. n. 3. Less. l. 2. c. 34. n. 117. Cõn. d. 14. dn. 9. Bonac. An verò extendatur ad acceptationem beneficii factam tempore excommunicationis, ad quod electus quis non excommunicatus, controvertitur, utramque partem plurimis AA. & rationibus firmat Castrop. l. c. n. 13. juncto n. 16. eadem est controversia de acceptatione collationis, de quo vide eundem à n. 19.

5. Quintus effectus est inhabilitas ad pensionem Ecclesiasticam, non tantum illam, quæ ex fructibus alicujus beneficii extracta in perpetuum propriissima dicitur, & est beneficium simplex seu prælimonium, & illius incapax esse excommunicatum, extra dubium esse ait Castrop. loc. cit. num. 6. Sed & ad illam, quæ, etsi in eo recedat à natura beneficii, quod non datur tamen ob munus aliquod spirituale exercendum, v. g. Vicarii Episcopalis, vel etiam Coadjutoris, cum in hac acquisitione pensionis procedat eadem ratio nullitatis, quæ in acquisitione beneficii. Secus est in ea pensione, quæ ob servitium Ecclesiæ conceditur, nullum tamen munus spirituale exigit, quæque merè laicis conferri solet, hujus enim collatio nullo jure colligitur irrita, cum nec fundetur in titulo spirituali, neque ob spirituale exercitium à quo excommunicatus excluditur. Item extendit se hæc inhabilitas excommunicati ad pensionem, quæ partim est temporalis, partim spiritualis, qualis est, quæ concedi solet resignanti & permutanti beneficium vel liti cedenti, non habenti sustentationem, utpote quæ, in quantum ad sui collationem requirit ordinem, & loco beneficii est, unde ad eam acquirendam Pontifex requirit, talem pensionarium absolutum esse à censuris, est spiritualis, in quantum verò nullum munus annexum Ordini exigit, & ita docent cum communiore Sayr. de cens. l. 2. c. 2. n. 15. Suar. d. 13. S. 1. n. 9. Reginald.

Q 9 2

L. 32.

l. 32. n. 45. *Garc. de benef. p. 2. c. 5. n. 106.* Ugol. l. c. c. 13. §. 2. n. 8. *Filiuc. tr. 12. c. 5. g. 4.* Castrop. l. c. n. 7. qui tamen cum *Sa. v. homicida. num. 21.* & *Laym. ait contrarium non carere probabilitate.*

6. Sextus effectus est: Privatio distributionum, quæ dantur pro præsentia, quia excommunicatus interesse nequit divinis officiis, à quibus absentes distributiones non percipiunt. *Arg. c. unic. de Cler. non resid. in 6.* *Trid. sess. 24. c. 12. de reform.* *Covat. l. 3. Var. c. 13. n. 8.* *Garc. de benef. p. 7. c. 13. n. 125.* *Monet. de distrib. p. 2. q. 15. n. 18.* Fructibus verd grossis ipso facto non privari excommunicatum cum *Gl. in c. pastoralis. de appellat. v. Subtrahuntur* & communiore contra *Abb. in idem. c. n. 17.* & *Gutt. l. 1. 99. can. c. 1.* & alios docent *Sanch. de mat. l. 3. d. 51. n. 12.* *Vasq. de benef. c. 3. §. 3. du. 4.* *Laym. l. c. n. 9.* *Bonac. l. c. p. 4. §. 2. n. 2.* *Castrop. loc. cit. p. 11.* fusè ac eruditè hanc quæst. tract. quem vide, ratio potissima est, quòd nullo textu juris hæc privatio ipso jure infligatur, dum textus *c. pastoralis.* & alii commodè intelligi possunt, & consequenter ob hujus sententiæ benignitatem debent de sententia ferenda.

7. Septimus effectus est, quòd excommunicatus etiam toleratus impetrare nequeat rescriptum pontificium, neque gratiæ, neque justitiæ, nisi in causa excommunicationis & appellationis, ut constat ex *c. 1. de rescript. in 6.* Atque ita invalida est impetratio rescripti ad lites multòque magis ad beneficia, dispensationes, gratias alias & similia, *Suar. de cens. d. 17. f. 1.* *Henriq. l. 13. c. 13. n. 1.* *Castrop. l. c. p. 12. n. 1.* proceditque id ipsum non tantum in excommunicato vitando, sed etiam in tolerato, ut *Castrop. l. c.* & alii communiùs contra *Archid. in cit. c. 1. de rescript. in 6.* *Nav. l. 5. cons. tit. de sent. excom. consil. 44. n. 22.* Extenditque hanc doctrinam *Nav. l. c. n. 2.* & *6.* ad rescript. Imperatoris & Regis, affirmatque rescripta ab excommunicato impetrata esse nulla, quod melius rejiciunt *Suar. l. c. Bonac. d. 2. q. 2. p. ult.* *Castrop. l. c. n. 3.* Sed neque concessionem & gratiæ Prælatorum inferiorum Pontifice irritantur vi excommunicationis, quia nomine rescripti non veniunt, nec ullibi reperiuntur declarata irritæ, *Nav. l. c. consil. 2. 3. q. 1. ed. 2.* *Suar. l. c. n. 2.* *Castrop. n. 4.* *Laym. l. c. c. 2. n. 11.* De cætero quia rescriptis pontificiis consuetum est inferi absolutionem ab omnibus censuris ad effectum valoris rescripti, effectus hic excommunicationis raro locum habere potest, *Castrop. l. c. n. 2.* *Côn. d. 14. du. 10.*

8. Octavus effectus est: Privatio omnis jurisdictionis ecclesiasticæ, ita ut tam in foro externo acta jurisdictionis ab excommunicato ipso jure sint nulla, *can. audvimus. 24. q. 1. c. 24. de sent. & rejudic.* ita ut alium excommunicare nequeat, beneficia conferre. *Arg. c. unic. ne sede vac. in 6.* neque eligere *c. cum dilectus. c. cum inter. il. 2. de elect.* quia hæc ut præcipua cum fidelibus communicatio indignumque ab Ecclesia segregatum illius vices gerere, peccant proinde mortaliter excommunicati etiam tolerati exercendo actum talis jurisdictionis, si ad id non fuerint requisiti, secus, si tolerati ad hoc requirantur, *Castrop. l. c. p. 13. n. 1.* quin & ab excommunicato tolerato validè exercentur tales actus, si à fidelibus non excipiatur contra eos, prout sumitur ex *c. exceptionem. de except. & c. 1. eod. in 6.* & passim tradunt *AA. Suar. d. 11. f. 4. n. 1.* *Gutt. 99. can. c. 1. n. 28.* *Less. l. 2. c. 29. du. 7. num. 17.* *Laym. cit. c. 2. n. 13.* *Covat. in c. alma mater. p. 1. §. 7. n. 9.* *Castrop. l. c. n. 3.* citatis plurimis aliis,

Unde talis excommunicatus toleratus, contra quem exceptum non est, validè exercere potest officium Judicis ecclesiastici & parochi, excipiensque contra illum probare tenetur intra octo dies speciem excommunicationis illius authorem, alias excommunicatio erit nulla, sic quoque valere actus jurisdictionis coactivæ, v. g. excommunicationem & præcepta lata ab eo verius censet *Castrop. n. 6.* citatis pro hoc *Gutt. Côn. Bonac. contra Suar. Laym. Hurt.* qui tamen etiam consentiunt oppositæ sententiæ, dum excommunicatio est occulta, ne aliàs acta à tali Judge infirmetur ob impedimentum, ut *Gl. in c. ad probandum. de sent. & re judic.* De cætero omnem jurisdictionem ademptam excommunicato vitando docent communitè omnes, sicque nullam esse factam ab eo absolutionem, dispensationem, delegationem, laram ab eo sententiam, collationem beneficij, electionem, præsentationem, postulationem, solennem possessionis collationem, singula declarans extendendo & limitando ostendit & probat *Castrop. cit. p. 13. à n. 9.* per plures numeros, quem vide.

9. Nonus effectus est: Privatio communionis forensis seu actuum perinentium ad judicium externum, sive ecclesiasticum, sive laicale tam civile quam criminale, ita ut in nullo horum possit esse Judex, Actor, Advocatus, Procurator, tabellio, testis, quod intelligendum de solis excommunicatis vitandis, non de toleratis, quatenus acta ab iis valent, nisi quis de eorum inhabilitate ad standum in judicio informatus, tunc enim etiam acta ab iis in judicio irrita sunt. Etsi autem Judex excommunicatos vitandos repellere à judicio sub gravi obligatione teneatur, & toleratos repellere possit, non tamen ad hos repellendos tenetur, nisi excommunicatio sit notoria, vel aliquis contra eos excipiat, ita fere *Reiffenst. h. t. n. 71.* qui etiam rectè notat *n. 27.* excommunicatos vitandos reos in quovis judicio stare posse ac debere, cum aliàs in judicio accusari & conveniri nequirent, ac ita à malitia sua commodum reportarent, *c. intelleximus. de judicis.*

10. Decimus effectus est: Privatio usus cujuscunque officij publici, v. g. tutoris, curatoris, executoris testamenti, præfecti hospitalis & alij, de quibus incidenter dictum *n. 4.* quorum tamen hoc munere fungentium acta valebunt, si contra eos exceptum non fuerit, *Suar. d. 16. §. 8. n. 4.* *Castrop. p. 15. n. 1.* ubi is de his pluribus. *Wiestn. h. t. n. 44.*

11. Undecimus effectus est privatio communionis politicæ communicationis, quæ non tantum celebratione contractuum & negotiatione, sed & quæ cohabitatione, convictu, familiari conversatione, colloquiis & officiosis salutationibus exercetur, *can. sicut. can. ad mensam 11. q. 3. c. nuper. & c. si aliquando. h. t.*

12. Duodecimus effectus est, quòd si per annum in excommunicatione inordinaverit, id est, pertinaciter persistit, de hæresi reddatur suspectus, ita ut contra illum tanquam de hæresi suspectum procedi possit, ut statuitur in Concilio *Trid. sess. 25. c. 3. de reform.* ac insuper, si nullum impedimentum alleget, seque purgare recuset, etiam condemnari valeat ut hæreticus. *c. cum contumacia. de hæreticis in 6.* eò quòd talis videatur omnino contemnere potestatem Ecclesiæ, cujus claves & excommunicationem non curat. Insuper si quis non excommunicatus propter suspicionem hæresis, vel alterius criminis conjuncti cum contumacia (quia citatus non comparet) excommunicatus fuerit, & in tali excommunicatione perseveraverit, censetur is con-

convictus de tali crimine. Arg. c. excommunicatus. §. qui autem. de hereticis. Covar. l. c. §. 7. n. 10.

Quest. 566. Excommunicationis minoris quis effectus?

Resp. Excommunicationis minoris sic dictæ, non quidem quod in se sit leve quid, sed respectu majoris, utpote habens minores effectus, quam excommunicatio major, tum quia non semper, ut illa, incurritur per peccatum mortale, sed quandoque per veniale, tum quia reservata non est, sed ab ea absolvi potest quilibet potens absolvere à peccatis, hujus inquam excommunicationis effectus principalis, directus & unicus in hoc toto consistit, quod quis eâ ligatus nullum Sacramentum licitè recipere possit, sed peccet graviter illud percipiendo. c. fin. de Cler. excom. ministr. plura satis fuscè tractata à me de excom. in Indice fori mei benef. vide lib. 1. c. 2. decret. v. excommunicatio & v. excommunicatus.

Quest. 567. Quid & quotuplex sit suspensio?

Resp. ad primum: Suspensio propriè dicta est censura ecclesiastica, quæ minister Ecclesiæ formaliter impeditur seu prohibetur ab actu aliquo potestatis ecclesiasticæ exercendo, differt à cæteris duabus censuris in eo, quod, etsi & eâ impediatur exercitium & usum potestatis ecclesiasticæ, id tamen non faciunt, quatenus præcisè functiones ecclesiasticæ sunt, provenientes & dependentes ab officio & beneficio, solumque competunt Clericis, sed alio titulo; excommunicatio quidem, quatenus tales actus habent rationem communicationis cum aliis fidelibus, aut usus passivi Sacramenti alicujus, interdictum verò, quatenus sunt quædam divinorum participatio per præsentiam & assistentiam facta, præterquam quod differat suspensio, & afficiat solas personas ecclesiasticas, aliæ censuræ etiam laicas, Castrop. tr. 29. d. 4. p. 1. Wiestn. h. t. à n. 99. Differre quoque suspensionem à depositione verbali, quod non, ut hæc, privet exercitium actuum ecclesiasticorum in perpetuum & sine spe restitutionis volunt aliqui, quod ut expriment, addunt in definitione: ad tempus; ut Scotus in 4. dist. 25. q. 1. verùm si suspensio totalis dicatur ea, quæ est ab officio & beneficio in perpetuum durans, necesse habent dicere, esse illam eandem cum depositione, Laym. l. 1. tr. 5. p. 3. c. 5. n. 1. Unde hæc duæ pœnæ propter magnam similitudinem in Sacris Canonibus quandoque promiscuè usurpantur.

2. Resp. ad secundum: Præterquam quod suspensio communiter dividitur in eam, quæ est latæ sententiæ, nimirum à jure ipso inflictæ, & in eam, quæ est sententiæ ferendæ, nimirum inflicta per sententiam Judicis. Alia est suspensio ab officio, quæ prohibetur executioni Ordinum, jurisdictionis vel alterius potestatis ecclesiasticæ exercitium. Alia est à beneficio, quæ beneficiatus ab usu juris administrandi & percipiendi fructuum sui beneficii arceatur. Alia est ab officio & beneficio simul, & hæc dicitur quandoque totalis; Tam ea, quæ est ab officio tantum, quam quæ est à beneficio tantum, est vel totalis vel partialis, prout alicui vel omni prorsus officii aut officiorum usu, vel uno Ordinis aut Ordinum omnium actu interdicitur, fructuum beneficii omnium vel partis eorum perceptio admittitur, Laym. l. c. p. 3. c. 1. n. 2. Pith. h. t. n. 198. Atque ita hæc suspensiones per se loquendo inter se distinguuntur, dum neque suspensio ab officio includit

per se suspensionem à beneficio, neque suspensio à beneficio suspensionem ab officio, Reiffenst. h. t. n. 168. His non obstante, quod beneficium detur propter officium, cum beneficio semel canonicè obrento, non eo ipso amittat perceptionem fructuum, quod peragere nequeat officium ei annexum, prout patet in Clerico ægotante, vel reddito inhabili. Si tamen suspensio ab officio esset perpetua & in effectu depositio, tunc totaliter suspensus ab officio, saltem per sententiam, privandus esset beneficio, cum beneficium detur propter officium, & consequenter suspensio talis ab officio secum traheret, aut includeret suspensionem à beneficio seu perceptionem fructuum beneficii, ita tamen, ut, sicut depositus, ita & suspensus alimenta recipiat ab Ecclesiâ, ne in opprobrium Ordinis Clericalis mendicare cogatur. Quod si etiam absolute sine limitatione suspensio infligatur, neque ulla ex adjunctis limitatio colligi possit, an sit suspensio ab officio tantum vel à beneficio tantum, censenda erit suspensio totalis seu ab utroque simul, cum tunc non sit ratio, cur potius de una quam de alia sit intelligenda, Laym. l. c. Suar. d. 25. f. 2. n. 9. Castrop. l. c. p. 1. n. 3.

Quest. 568. Suspensio quibus & à quibus infligatur?

Resp. ad primum primò: Solis Clericis ea infligi potest, cum verteretur necessariò circa Officia & Beneficia Ecclesiastica, quorum laici capaces non sunt. Gl. in c. quicumque. v. ministros de sent. excom. in 6. Abb. in c. dura. de crim. falsi n. 10. Nav. c. 27. n. 150. Suar. d. 18. f. 2. n. 1. Castrop. l. c. n. 4. His non obstante, quod Abbatissæ, Priorissæ aliæque præfectæ monialium non improbabiler suspendi possint ab officio, ut Nav. l. c. n. 151. Henriq. l. 13. de excom. 31. n. 2. Laym. l. c. p. 3. c. 1. n. 2. sintque personæ ecclesiasticæ jurisdictionis capaces; verius tamen, quod earum potestas non sit vera jurisdictio ecclesiastica, sed potius aliqua potestas œconomiz, & cum non ab ordine ecclesiastico proveniat, suspensio illarum ab actibus dictæ potestatis, non sit propriè suspensio, ob cujus violationem incurratur irregularitas. Valent. Tom. 4. d. 7. q. 18. p. 1. pronunciato 1. Sayr. thes. l. 4. c. 1. n. 16. Suar. l. c. Castrop. l. c. n. 3. Item potest omnibus Clericis infligi, excepto Pontifice, cujuscunque sint dignitatis, quamvis sub decreto generali suspensionis non comprehendantur Episcopi & alii Superiores Prælati, nisi eorum expressa fiat mentio. c. quia periculosum. de sent. excom. in 6. quod ipsum etsi negent aliqui de Episcopis non consecratis, verius tamen extendunt alii ad Episcopos electos & confirmatos tantum, Laym. l. c. p. 3. c. 2. Suar. d. 20. f. 2. n. 7. Castrop. l. c. n. 5. Sayr. l. 4. c. 12. num. 1. Hurt. de suspens. diff. 9. n. 33. Henriq. l. 13. c. 14. n. 2. Extenduntque hoc privilegium Sayr. Laym. Hurt. Henriq. Ad Cardinales, comprehendi quoque sub suspensione generali etiam religiosos primâ tonsurâ insignitos, tradunt Suar. l. c. n. 9. Castrop. l. c. n. 6.

2. Resp. ad primum Secundò: Suspensio non tantum ad singulares personas, sed ad integras communitates Clericorum, v. g. ad torum Capitulum se extendere potest Pith. h. t. n. 206. juxta dicta à nobis suprâ, arg. c. quia sepe. de elect. in 6.

3. Resp. ad secundum primò in genere: Suspensionem à jure latam solus juris conditor statuere potest; latam ab homine is, qui potest excommunicare, plerumque infligere potest, cum regulariter

potestas pro omnibus censuris committatur, quia censuræ omnes ad eundem finem referuntur, & se invicem juvant, nempe ad comprimendam delinquentium contumaciam, Nav. c. 27. a. 159. Sayr. l. c. c. 2. n. 1. Suar. l. c. n. 2. Castrop. l. c. p. 2. n. 1, nulla tamen est repugnantia, quin sola potestas suspendendi absque potestate excommunicandi, vel è contra, alicui concedatur, cum censuræ sint diversæ. Suar. Castrop. l. cit.

4. Resp. Ad secundum in specie censura ab alio quam à Clerico inferri nequit, quia est actus jurisdictionis Ecclesiasticæ, quæ solum Clericis convenire potest. Gl. in c. *Dilecta*. de major. & obed. v. *jurisdictionem*. Abb. *ibidem*. Vivald. tr. de *suspens.* n. 151. Sayr. thes. l. 4. c. 2. n. 9. Castrop. d. 4. p. 2. n. 3. contra Sylv. v. *Abbatissa*. & v. *suspensio*. Henriq. l. 13. de *excomm.* c. 35. n. 1. censentes Abbatissam suspendere posse Clericos Ecclesiarum sibi subjectarum. Arg. cit. c. *cum dilecta*. quam tamen suspensionem ab Abbatissa factam non habere propriè rationem censuræ, sed solum cujusdam prohibitionis, tenent alii AA. paulò antè citati. Ad hanc in ferente suspensionem requiritur jurisdictio pro foro externo respectu illius, quem suspendere intendit, Castrop. l. c. & dictum est suprâ, hæc autem illius jurisdictio debet esse expedita, id est, non impedita ullâ censurâ; quare si censurâ aliquâ ligatus esset, nequit censuram ferre, non solum licitè, sed nec validè, si censura illa denunciata sit, at seclusâ denunciatione peccabit ferens suspensionem, nisi id faciat ad instantiam partis. Castrop. l. c. cum Avil. p. 3. de *censur.* d. 4. du. 1. concl. 3. Porro quod attinet ad Episcopos, etsi jure antiquo sine Capitulo suspendere non poterant, juxta c. *penult.* 15. q. 7. & c. 1. de *excess. Pralat.* hodièdum tamen illam solennitatem consensus Capituli in proferendis censuris suspensionis & interdicti abrogatam esse, dum videmus passim Episcopos absque ullo Capitulo consensu requisito pœnam suspensionis in Clericos proferre. Ita Abb. in cit. c. de *excess. Pralat.* Suar. l. c. d. 28. S. 1. n. 4. in fine.

Quest. 569. Quæ forma in ferenda suspensione?

1. Resp. primò: Tametsi jure antiquo ab Episcopo suspensio ferri non poterat, essetque ita irrita sententia desuper lata ab Episcopo, nisi præsentia Clericorum firmaretur, juxta c. *penult.* 15. q. 7. non tamen ampliùs in usu est illud decretum, neque etiam receptum in usu fuit, solennitatem tamen illam consensus Capituli requisitam ad inferendam Clericis pœnam suspensionis & interdicti consuetudine abrogatam, notant cum Abb. Suar. d. 28. S. 1. n. 4. Castrop. l. c. p. 2. n. 2.

2. Resp. secundò: etsi suspensioni ferendæ nulla certa forma præscripta, requiri tamen præcedentem monitionem ad eam, dum fertur ut censura seu ad correctionem & reprimendam contumaciam delinquentis, patet ex eo, quòd Ecclesiæ constare nequeat de contumacia & inobedientia alicujus, nisi priùs eum moneat, & ita tenent Nav. c. 27. n. 159. Valent. Tom. 4. d. 7. q. 18. p. 1. *pronunciato*. 7. unde etiam probabile factis esse dicunt Suar. l. c. S. 5. n. 2. Avil. p. 3. d. 3. du. 1. concl. 3. Henriq. l. 13. c. 39. n. 4. Castrop. l. c. p. 4. n. 2. ferentem suspensionem sine tali monitione esse suspensum per mensem ab ingressu Ecclesiæ, secus est, seu monitio necessaria non est, dum fertur suspensio in puram pœnam delicti, Nav. Avil. Castrop. l. cit. juxta c. *tam literas*. de *testib.*

3. tertio: Suspensio ferri debet in scriptis exprimens causa, ob quam fit, & insuper instrumentum dari desuper suspensio, si illud postulet, Suar. l. c. n. 3. Nav. Avil. l. cit. Castrop. n. 3. Arg. c. 1. de *sent. excomm.* in 6. Judexque hujus constitutionis temerarius violator per mensem unum ab ingressu Ecclesiæ & divinis officiis suspenditur, Castrop. l. c.

Quest. 570. An & qualiter ob culpam alienam & propriam incurratur suspensio?

1. Resp. ad primum: incurri ea potest ob culpam alienam, dum suspensio communitate ab officio plures sæpe personæ singulares immunes à culpa propter quam communitas suspenditur, simul suspenduntur, non quidem quò ad se & lectandum munus, quod singuli ut personæ particulares exercere possunt, sed quò ad actiones totius communitatis, quas illa ut talis exercet, quod non est singulares personas puniri; sed communitatem delinquentem, prout in interdicto non puniuntur innocentes, sed Ecclesiæ justas ob causas sua officia & beneficia subtrahit tam nocentibus quam innocentibus, respectu quorum hæc substractio non est pœna, & sic suspensio, quæ propriè pœna non est, privans jure quæsito privativè proprio nullatenus contrahi potest ob culpam alienam. Nav. c. 27. n. 151. Suar. l. c. Sanch. cit. l. . . d. 32. n. 9. Hurt. de *suspens.* diff. 9. & alii, quos citat & sequitur Castrop. l. c. p. 3. n. 2.

2. Resp. secundò: Ob culpam levem suspensionem infligi posse tenent, ac probant Cajet. in *Sum. v. suspensio*. Armill. eodem in princ. Nav. l. c. Henriq. l. c. n. 1. Medin. & alii, ex eo, quòd illa sufficit ad excommunicationem minorem, etsi hæc videatur major pœna, quia privat majoribus bonis, nempe Sacramentorum usu & perceptione, nihilominus prout communiter fertur, neque à Judice, multòque minus à jure infligi solet ob culpam levem, quia ex te grave malum est, ideòque gravem culpam supponit, ut tenent Sorus in 4. *dist.* 22. q. 3. a. 3. Vasq. d. 158. n. 49. Suar. d. 28. S. 4. n. 6. Laym. l. c. n. 3. Sanch. l. c. Castrop. l. c. n. 4. citatque ab illo alii, non obstante, quòd excommunicatio minor tolli possit per cujuscumque Sacerdotis absolutionem, quod in suspensione non procedit. Adde esse probabile, aliquam suspensionem ad modicum tempus à Judice infligi posse ob levem culpam, ut notant Laym. Castrop. Sanch. & alii.

Quest. 571. Qui sint effectus suspensionis?

Resp. Primarii fere effectus illius exprimuntur & declarantur in ipsa illius definitione, præter quos si suspensus ab officio exerceat actum per suspensionem sibi interdictum culpabiliter, incurrit irregularitatem c. 1. de *sent. & re judic.* Si verò suspensus à beneficio seu ejus administrationi se ingerit, aut fructus percipit, non efficitur quidem irregularis, perdit tamen ipso jure beneficium, Pirb. h. r. n. 209. Reiffenst. h. r. n. 175. & alii. Item absolutè suspensus ab officio redditur ineligibilis ad beneficium, quia beneficium datur propter officium. Laym. l. c. c. 2. n. 3. Cón. d. 15. du. 2. concl. 3. Henriq. l. 13. c. 32. n. 3. Castrop. l. c. p. 5. §. 1. num. 2. cum communi contra Hurt. Item reddit colla-

collationem suspensio factam irritam ipso jure, ut verius sentire videntur Arg. c. bona memoria de aere & qualu. Gl. ibid. v. suspensio. Garc. de benef. L. 7. c. 14. à n. 1. pluribus rotæ decisionibus hanc sententiam comprobans. Bonac. Tom. 1. d. 3. de susp. p. 2. n. 13. Castrop. l. c. n. 3. Lessi. Parif. Navar. & alii contra Abb. in c. vel non est de temp. Ord. n. 4. Suar. d. 26. S. 3. n. 8. Hurt. de susp. diff. 4. num. 8. Laym. l. c. c. 1. n. 4. negantes esse irritam, sed venire irritandam. Item suspensio ab officio Sacramenta ministrans & officia divina solemniter in choro exercens non lucratur fructus & distributiones correspondentes istis exercitiis & officiis, ut Covar. 4. Decret. p. 2. c. 6. §. 8. n. 7. in fine. Rebuff. praxi benef. tit. de Simon. in resignat. num. 15. Vivald. Candelab. Sacram. p. 2. in mater. de susp. num. 171. contrarium tamen, nempe dictos fructus correspondentes officio iniquè exercito lucrati & retineri posse à suspensio, tenentibus Avil. 3. p. de cens. d. 2. au. 1. concl. 6. Sanch. L. 3. de mat. d. 51. num. 12. Castrop. l. c. n. 7. eò quòd pœnæ extendendæ non sint sine manifesto textu juris, nullibi autem habeatur suspensum exercentem officium, à quo suspensio est, privari ipso jure fructibus correspondentibus tali officio. Item suspensio absolutè ab officio privati voce in Capitulo, eò quòd habere vocem in Capitulo sit usus & exercitium officii Ecclesiastici, Gl. in c. Cum dilectus de consuetud. v. à suspensio. Abb. ibid. num. 20. Felin. in c. Apostolica de except. Sayr. vbes. L. 4. c. 5. n. 2. contrarium sentiente ex opposita ratione Castrop. l. c. n. 9. Item suspensio ab actibus jurisdictionis invalidè absolvit sacramentaliter, nisi propter suspensionem occultam error sit communis, in quo casu Ecclesia supplet jurisdictionem, Arg. c. Infamis 3. q. 8. Cæteri verò actus Ordinis à suspensio exerciti, etsi sint illiciti, sunt tamen validi, c. Cum dilectus de consuetud. c. Cum inter. de elect. de effectibus suspensionis à beneficio pleraque dicta hinc inde in antecedentibus; plura vide apud Castrop. l. c. §. 2. per rot. uti & §§. sequentibus.

Quæst. 572. Quibus modis tollatur suspensio?

R Esp. tribus, primò: Si imposta suspensio ad tempus vel sub conditione, illo elapso vel illà impletà, per se ipsum absque alia superioris absolutione, Nav. l. c. n. 161. cum communi. Secundò: suspensio, quæ est censura propriè dicta, propter contumaciam inflicta tollitur absolutione, sed non nisi cessante contumacià. Laym. l. c. cap. 4. Tertio: relaxatione seu dispensatione, si ea lata ut pura pœna ob peccatum præteritum sive in perpetuum, sive ad certum tempus, & illo necesse elapso. Reiffenst. h. t. n. 177. cum Laym. l. c.

Quæst. 573. Quid & quotuplex sit interdictum?

I. **R** Esp. ad Primum: in sensu canonico & præsentis Rubricæ acceptum definitur solet, quòd sit censura Ecclesiastica, quæ omnium divinorum officiorum, Sacramentorumque quorundam & sepulturæ Ecclesiasticæ participatio prohibetur, Suar. de cens. d. 32. S. 1. n. 2. Laym. L. 1. tr. 5. p. 4. c. 1. n. 1. defumitur à Covar. in c. alma. p. 2. §. 1. n. 3. Nav. c. 27. n. 162. Sylv. v. interdictum. 1. n. 2. ex c. non est de spons. & mat. & c. quod in te. de pœnie. & remiss. Differt ab aliis censuris, non quòd Sacramentis, Ecclesiasticis divinisque officiis & sepulturæ Ecclesiasticæ priver, quatenus ea sunt quædam cum aliis communicatio, ut excommunicatio,

neque quatenus sunt functiones quædam Ecclesiasticæ potestatis, ut suspensio, sed quatenus participationis per assistentiam & præsentiam rerum spiritualium rationem habent, Pirh. h. t. n. 215. Et licet affinis sit cessationi à divinis, ab ea tamen quoque differt, quòd cessatio à divinis oritur ex mandato Ecclesiastico, quo Clerici in aliquo loco cessare jubentur ab officiis divinis in signum maximi justique doloris & tristitiæ, conceptæ ob gravissimam injuriam sibi & honori divino illatam, ut Suar. d. 39. S. 1. n. 3. Nav. l. c. n. 188. Laym. l. c. c. 6. n. 1. ex c. Quamvis de off. Ordinar. in 6. adeoque non sit censura, ut interdictum. Item quòd cessatio hæc nunquam à jure, sed semper ab homine, nullique determinatè personæ imponatur, quòd violans temerariè hanc cessationem, etsi peccet, nullam incurrat irregularitatem, quòd sepultura seu depositio cadaveris cujuscunque fidelis etiam laici in loco sacro sine officio funebri tempore cessationis à divinis concessa sit, quorum omnium contrarium est in interdicto, Suar. l. c. n. 13. Laym. n. 4. Pirh. h. t. n. 262.

2. **R** Esp. ad Secundum: aliud est locale, quòd directè fertur in locum, quatenus prohibentur in eo fieri & audiri missæ, divina officia, sepulturæ Ecclesiasticæ, quòdque indirectè tantum afficit personas, dum sunt in eo loco interdicto; Unde hæc possunt alibi interesse divinis, Sacramenta recipere, sepeliri in loco sacro, Arg. c. Si sententia de Sent. excomm. in 6. Estque hoc interdictum locale, aliud generale, nimirum dum interdicatur locus varia sub se loca complectens, v. g. regnum, provincia, civitas; aliud particulare, quo interdicatur Ecclesia aliqua particularis. Aliud est interdictum personale, quòd immediatè & directè fertur in personam, quo ea arcetur à participatione aliquorum Sacramentorum, officiorum, sepulturæ in quocunque loco, quòdque interdictum sequitur personam, quocunque ierit, Arg. cit. c. sententia, ubi etiam, quòd, si populus alicujus terræ interdicatur, singulares personæ interdicti censentur, quòd interdictum, uti & locale, duplex est, generale vel particulare, prout nimirum vel totus populus alicujus districtus, civitatis &c. tota civitas, integra universitas, collegium vel una tantum aut plures personæ interdicuntur. Aliud est interdictum mixtum, quòd includit locale & personale, quo nimirum locus & personæ illius interdicuntur.

Quæst. 574. Quenam & qui interdicto generaliter lato comprehenduntur?

I. **R** Esp. primò: Loquendo de interdicto personali, si aliud expressum non sit, interdicto generaliter Clero non censetur interdictus reliquus populus, & è contra interdicto populo non censetur interdictus Clerus. cit. c. si sententia. Secundò: interdicto generaliter Clero non comprehenduntur religiosi utriusque sexus; etsi enim in materia favorabili nomine Cleri veniant religiosi sexus utriusque, non tamen in materia odiosa. ut dici solet L. 3. ut. de vita & honest. Cler. Tertio: interdicto generali Cleri non comprehenduntur Episcopi, nisi in eo exprimantur, juxta c. Periculosum de Sent. excomm. in 6. nec Prælati Ecclesiastici, aut etiam Canonici Cathedrales, sed soli inferiores sæculares, quia hi soli veniunt in materia odiosa. Quarto: per interdictum generale vel Cleri interdictæ non censentur Ecclesiæ vel loca sacra illius loci, unde et si in iis divina celebrari & singulares personæ interdictæ

dictæ ea audire nequeant, alii tamen non interdicti, V. G. peregrini, in iis celebrare & divina audire valeant, Nav. c. 27. n. 167. Castrop. tr. 29. d. 5. p. 2. §. 2. n. 11. Reiffenst. h. t. num. 189. cum Gl. in cit. c. si sententia, v. in Clerum.

2. Resp. secundò: De interdicto locali primò interdicta civitate, castro aut villâ censentur quoque interdicta eorum suburbia & continentia ædificia, ne cæteroquin sententia suspensionis vilipendatur, si possent in dictis suburbis divina celebrari, & sic incolæ facili labore illuc concurrentes vim interdicti effugere. c. si civitas de sent. excom. in 6. Secundò: si Ecclesia interdicta nec in ejus capella, nec in ejus cæmiterio ei contiguo quis sepeliri potest; secus, si contigua non sint, cit. c. si Civitas. Porro contigua dicuntur, quorum extrema se invicem contingunt, sive quando inter parietem Ecclesiæ & capellam vel cæmiterium nihil mediat, Barb. in c. si Civitas. Pirh. h. t. n. 225. Reiffenst. h. t. num. 191. Tertiò: si interdicta tota civitas omnia loca continentia & non contigua, tantùm, si verò una Ecclesia sit interdicta, loca tantùm contigua censentur interdicta, interdicto verò cæmiterio non censentur interdicta Ecclesiæ, c. unic. de Consecrat. Eccles. in 6. Quartò: Interdicta civitate vel diœcesi censentur etiam interdicta Ecclesia Cathedralis ibi existens. Suar. d. 32. S. 2. n. 21. Castrop. l. c. §. 1. num. 3. & 4. contra Covar. in c. alma, p. 2. §. 1. n. 4. Arg. c. si civitas, & ex ea ratione, ne aliàs eluderetur tale Interdictum talis civitatis celebrando nimirum & audiendo Divina in Cathedrali.

Quæst. 575. Ad Interdictum locale servandum quinam teneantur?

Resp. Sub obligatione gravi ad Interdictum tam generale quàm particulare tenentur omnes tam incolæ quàm extranei, tam regulares quàm seculares, tam exempti quàm non exempti, nisi specialiter super hoc muniti privilegio, ut habet communis & certa per textum expressum. c. Auctoritate, de privileg. in 6. & c. licet eod. ex ea ratione, quòd per Interdictum locale privatio divinorum officiorum affixa sit loco respectu cujusvis personæ. Circa quod notandum quoque, quòd, qui causam dederunt interdicto locali, non tantùm in loco interdicto, sed etiam in quovis loco alio prohibeantur celebrare & audire divina, Sylv. V. Interdictum 2. n. 7. Suar. de cens. d. 37. S. 1. n. 15. Barb. in c. si sententia, de sent. excom. in 6. n. 3. Ubi illis tantùm incolis loci interdicti conceditur audire divina in alio loco non interdicto, qui causam interdicti non dederunt.

Quæst. 576. Quinam sint effectus Interdicti & qualiter singuli intelligendi?

Resp. Esse eorum tres, qui in ipsa Interdicti definitione exprimuntur, quorum primus est administratio quorundam Sacramentorum, qualis tamen non est Baptismus, hic enim non tantùm parvulis, sed & adultis tempore interdicti licitè administratur propter moræ periculum, c. Quoniam, h. t. in 6. Idem est de Sacramento confirmationis, quæ etiam adultis tempore interdicti localis & personalis generaliter lati cum consueta solemnitate dari potest; unde & Christma in Cæna Domini confici potest, juxta expressum textum. cit. c. quoniam, quamvis specialiter interdictis, sicut & iis, qui generali interdicto causam dederunt, Sacramentum confirmationis dari non possit. Suar. d. 32. S. 2. num. 9. Bonac. & alii. Sacramentum quoque poenitentiae non tantùm morituris, sed & sanis (nisi sint excommunicati, vel nisi causam interdicto dederint, & necdum satisfecerint, aut idoneam de satisfaciendo

cautionem praestiterint) administrari potest. c. alma mater, de sent. excom. in 6. unde & tunc moribundis Sacramentum Eucharistiæ per modum viatici dari potest, uti & in probabili periculo mortis, ex infirmitate, difficili partu, condemnatione, imminente prælio, aliâve simili causâ, c. quod in te, de poenitent. & remiss. c. permittimus, h. t. De cætero tempore interdicti negatur sanis Sacramentum Eucharistiæ. Gl. communiter recepta in cit. c. alma, v. admittantur. Item Sacramentum extremæ unctionis, cit. c. quod in te, quod tamen infirmo non valenti amplius recipere aliud Sacramentum dicto tempore dari posse, censent Castrop. tr. 29. d. 5. p. 4. §. 1. n. 20. Pirh. h. t. n. 234. Item Sacramentum Ordinis prohibetur dari personis interdictis aut in loco interdicti, quod tamen extra Clericis specialiter non interdictis conferri posse in casu magnæ necessitatis & penuriæ Sacerdotum, volunt Sylv. v. interdictum, §. n. 9. Pirh. h. t. n. 235. & alii. Ac denique tempore interdicti prohibetur benedictio nuptialis, quamvis matrimonium sine ea licitè contrahatur tempore interdicti & ab interdictis, Sylv. v. interdictum §. n. 9.

2. Secundus effectus interdicti est privatio divinorum officiorum. c. permittimus, h. t. & c. si sententia, eod. in 6. per quæ intelliguntur functiones & actiones spirituales, quæ primò ac per se annexæ sunt Ordini sacro, quæque ex institutione Christi & Ecclesiæ à solis Clericis exercentur, ut sunt in specie sacrificium missæ, solennes benedictiones templi, fontis baptismalis, aquæ benedictæ, cinerum, candelarum, orationes & lytanæ cum solenni processione, & quævis publica & solennis oratio, præsertim horarum canonicarum, quæ tamen privatim dici debent ab iis, qui aliàs ad illas tenentur, etsi sint interdicti, quibus tamen officii divinis non annuemerantur conciones, quæ etiam tempore interdicti haberi posse in Ecclesia censent Nav. c. 27. n. 176. Suar. d. 34. S. 3. à n. 1. eò quòd non ad precandum, sed ad populum instruendum & à vitis avocandum, & ad Deo & Ecclesiæ obediendum tendunt. Hic tamen secundus effectus has parit limitationes, quòd tempore interdicti generalis in Ecclesiis & monasteriis quotidie celebrari possint missæ aliæque officia divina, sicut extra tempus interdicti, modò serventur conditiones quatuor. Primò: ut id fiat non pulsatis campanis pro Convocatione populi, nec pulsatis tintinnabulis ad Sanctus, & elevationem S. Hostiæ, possint tamen pulsari campanæ ad habendam concionem, ad salutationem angelicam, uti & ad deportationem viatici ad infirmum tintinnabula, ut Sylv. V. interdictum §. n. 7. Suar. l. c. S. 2. n. 19. Covar. in c. alma, p. 2. §. 4. n. 5. Reiffenst. h. t. num. 207. cum hæc non veniant nomine officiorum divinorum. Secundò: ut missæ aliæque officia divina fiant submissâ voce absque organo & solenni cantu. Tertiò: ut fiant januis clausis, ita ut, etsi fideles ad missam aliæque divina convenire, Ecclesiam ingredi, & divina audire valeant extra tamen existentes videre nequeant, quid ibidem agatur, Reiffenstuel. h. t. num. 209. Arg. Clem. 1. de sent. excom. Quartò: ut personaliter interdicti, & qui interdicto generali causam dederunt, excludantur, & ad audienda divina nullatenus admittantur. Quibus addendum, quòd juxta c. alma. in quatuor festivitibus. Natalis Domini, Paschatis, Pentecostes & Assumptionis B. V. Mariæ à primis Vesperis usque ad complerium festivitatis inclusivè interdictum suspendatur, ita ut Sacrificium missæ aliæque divina cum omni solemnitate celebrari

lebrari valeant, excommunicati quoque, & qui interdicto causam dederunt, interesse quidem possint, non tamen altari appropinquare valeant: oblationem faciendo, quæ suspensio interdicti extensa à Martino V. & Eugenio IV. ad festum & totam octavam corporis Christi, teste Pirh. *h. t. num. 246.* apud Reiffenst. *h. t. n. 211.*

3. Tertius effectus interdicti est privatio sepulturæ ecclesiasticæ, sic intelligendus, ut imprimis in loco sacro interdicto nullus quantumvis innocens, infans & amens, sepeliri possit, nisi privilegium habeat, ut præter alios habent Clerici personaliter non interdicti, & qui interdicto causam non dederunt, & tempore interdicti illud servarunt; hi enim in eo sepeliri possunt cum silentio, id est, sine campanæ pulsatione, divino officio & aliis consuetis solennitatibus, *c. quod in te, cujus dispositio et si loqui videatur de interdicto generali, speciale tamen excludere non videtur, ut Sylv. l. c. num. 10. Abb. in cit. c. quod in te. n. 10. apud Reiffenst. h. t. n. 212.* Possunt tamen tempore generalis interdicti homines illius loci personaliter non interdicti extra locum illum efferi, & in alio loco sacro non interdicto sepeliri, arg. *c. si sententia, de sent. excom. in 6.* Imò etiam posse eum, qui tempore interdicti sepultus in loco non sacro, cessante interdicto exhumari, & in locum sacrum transferri, si commodè fieri potest, ut cum *Gl. in c. à nobis, il. 2. de sent. excom. in 6. v. forma. Nav. man. c. 27. n. 176. Pirh. h. t. n. 246. Reiffenst. h. t. n. 214.*

Quest. 577. Qualis sit obligatio servandi interdictum, & quæ pœna illud violantium?

1. Resp. ad primum: Est obligatio gravis, ad eoque violare illud, ex genere suo est peccatum grave, seu peccatum mortale, quia est contra præceptum Ecclesiæ in materia gravi. Ita communis & certa.

2. Resp. ad secundum: Personæ ecclesiasticæ tam regulares quàm sæculares incurunt primò: Irregularitatem, juxta expressum textum *c. is qui, & c. is, cui h. t. in 6.* Secundò: Suspensionem ab offi-

cio, beneficio & jurisdictione, *c. tanta est, de excess. Prælat. Gl. ibid. v. irritas. Abb. n. 1. Suar. l. c. f. 4. n. 16. Laym. l. 1. tr. 5. p. 4. c. 3. n. 3.* & alii volentes hanc pœnam incurri ipso facto à quibuscunque interdicti violatoribus, contra Gonz. *in c. fin. de excess. Prælat. n. 2. Bonac. & alios probabiliter docentes ordinariè illos non suspensos ab officio & beneficio, sed suspendendos, argumento desumpto ex secunda parte cit. c. finalis.* Tertio: Privantur jure electionis activæ & passivæ, ita ut nec eligere valeant. *c. is qui, h. t. in 6.* nec eligi aut postulari, *c. 1. de postul. Sylv. v. interdictum. 6. q. 2.* Quarto: perdunt ipso facto privilegium aliàs illis competens de jure. *c. quod in te, de pœnis. & remiss. & c. is cui, h. t. in 6.* vi cujus tempore interdicti sepeliri possunt in loco sacro. Quintò: Religiosi, etiam exempti, non observantes interdictum generale locale, quod ab Ecclesia Cathedrali & parochiali observari vident, præter memoratas pœnas incurunt excommunicationem, *Clem. 1. h. t.* Porro religiosi etiam exempti, non solum servare, sed etiam publicare tenentur interdictum aliàsque censuras ab Episcopo latas, ubi is illud mandat. *Concil. Trid. sess. 21. de regular. c. 12.* De cætero diligenter notandum, quod ad finem hujus tituli ex *Clem. gravi. h. t. cum Suar. de cens. d. 22. f. 4. n. 27. & Pirh. h. t. n. 245.* rectè monet & inculcat Reiffenst. *h. t. n. 225.* nimirum quòd, etsi contra laicos interdictum violantes pœnæ speciales in jure non statuuntur, illud tamen certum, quòd laici quicunque, præsertim domini temporales & eorum officiales, qui Clericos quomodolibet compellunt in loco interdicto missas & alia divina publicè & solenniter celebrare, item campanis vel voce præconis aliòve modo excommunicationis vel interdicti sententia innodatos ad audienda divina convocant, item qui eosdem nominatim excommunicatos vel interdictos, ne ad Clericorum monitionem de ecclesiis tempore divinorum exeant, aut ipsimet excommunicati vel interdicti ad monitionem exire recusant, vel divinis se violenter ingerunt, gravissimè peccent & excommunicationem Papæ reservatam ipso facto incurrant.

TITULUS XL.

De Verborum Significatione.

Cùm præsens, uti & sequens titulus per omnes Decretalium libros diffusi pleraque hinc inde sufficienter declarata contineant, exemplo aliquorum Canonistarum fusiorem eorum tractationem consultò declinamus, aliquas solum regulas præsentis tituli summarissimè perstrinxisse contenti. Unde fit:

Quest. 578. Quænam sint regulæ de verborum significatione interpretanda?

1. Resp. Sunt fere sequentes, prima: Verba intelligenda sunt cum effectu, ita ut aliquid operentur, & non sint superflua. *L. 1. §. hæc autem verba. ff. quod quisqu. juris. c. relatum. de Cler. non resid. censentur autem tunc aliquid operari, quando etiam solius majoris declarationis, cautelæ, & omnis dubitationis tollendæ vel efficacioris voluntatis causâ ponuntur, aut exprimunt, quod tacitè jam inest, aut in genere continetur. Abb. in c. si adversus, de hæres. Arg. l. quæsum, §. 4. ff. de fundo instruend.*

R. P. Leur. Jur. Can. Lib. V.

2. Secunda: Sunt intelligenda secundum subjectam materiam & naturam actûs vel contractûs, de quo agitur, & secundum qualitates personæ, ad quam sunt relata, *c. quemadmodum. de jurejur. c. constitutum. de religios. domib. Menoch. præsump. 104. n. 29.* proferens enim verba, præsumitur ea accommodare materiæ, actui, contractui, de quo agitur, & personæ, ad quam diriguntur, *c. 8. h. t. l. non aliter. ff. de legat.*

3. Tertia: Quando verborum sensus dubius in utramque partem malam & bonam accipi potest, accipiendus est in eo, qui excludit delictum, aded ut potiùs interpretatio & significatio verborum impropria admittatur, quàm delictum, *c. esse. de R. 7. l.*

R r

7. l.